


ARTIC. III.

*An Angeli per Homines, aut per Ecclesiam in cognitione futurorum effectuum proficiant.
Conclusio est negativa.*

Biel. d. 1. questio. 1.



Eph. 3.

E X T I O queritur: Vtrū Angeli proficiant in cognitione futurorum effectū per Homines sive, per Ecclesiam. Et videtur, q̄ sic, q̄a vt dicitur ad Eph. 3. vt innotescat Principibus, & Potestatis in cœlestibus per Ecclesiam, &c. cū ipsi homines ecclesiastici dicātur ecclesia, ergo &c.

1. Cor. 1. 5.

Praeterea multi homines sunt superiores Angelis, quia vt dicitur 1. ad Corin. Nonne Angelos iudicabimus, sed iudicantes sunt superiores iudicatis, ergo aliqui homines sunt superiores Angelis. sed ad superiores spectat illuminare inferiores, ergo &c.

Pauli raptus.
2. Cor. 12.

Piæterea qui immediate illuminantur a Deo: posunt illuminare alios, qui illuminantur mediate. sed Apostoli immediate fuerunt illuminati a Deo, quia Christus erat verus Deus, ergo poterant illuminare Angelos, qui a Deo illuminantur mediate.

Praeterea Paulus legitur ad tertium cœlum raptus, vt habetur 2. ad Corint. sed per tertium cœlum possumus intelligere tertiam Hierarchiā, quæ stat circa Deum, & immediate illuminatur a Deo. Paulus ergo sic raptus poterat illuminare Angelos secundæ, & tertiae Hierarchiæ.

I N C O N T R A R I V M est Dio, i de cœlesti H erat, bi vult in pluribus locis, q̄ homines ab Angelis illuminantur, non econuerso.

Praeterea mysteriū incarnationis est nobis per Prophetas reuelatum, sed reuelationes factæ Prophetis siebant per Angelos, ergo &c.

R E S O L V T I O .

Anima Christi secundum scientiam visionis, non autem claritatem, Deo aquatur. Sed nulli istarum aquatur notitia Angelorum, qui a Deo, & superiori Angelo illuminantur, non vt clarius diuinam efficiam, sed vt eius voluntatem clarius videant quantum ad aliqua futura facienda. Nouerunt n. à principio mundi incarnationis mysterium, quantum ad substantiam, quantum autem ad circumstantias nequaquam.

Hiero. 1. op. 20.

RESPONDEO dicendum, q̄ Magister in littera tangit opiniones Augustini, & Hieronymi, in hac materia sibi contradicentium. Vult n. Hiero. vt Magister ait, angelicas dignitates mysteriū incarnationis ad plenum nō intellectisse, do-

Quæst. II.

A nec completa est passio Christi, & Apostolorum prædicatio per gentes est dilatata, & hoc modo exponit Hiero. Verbum illud, vt innotescat Principiatus, & Potestatis in cœlestibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei, quia ante passionem Christi, & ante prædicationem Apostolorum angelicæ dignitates non plenè cognoscabant mysterium incarnationis, & postea his persecutis, plenis cognoverunt per Ecclesiam, id est per homines ecclesiasticos, sive per Apostolos, & per alios ab Apostolis ordinatos conuertentes Gentes innotuit Angelis mysterium incarnationis multiformis sapientia Dei. Augustinus Augst. op. 20.

B

tamen super eodem loco ad Ephes. 3. vt ait Magister in littera, vult, quod non latuerit Angelos mysterium Regni celorum: quod opportuno tempore reuelatum est pro salute nostra. Illis ego, id est Angelis secundum August. a seculis innotuit memorarum mysterium, Dionysius tamen in de Angel. Hierarchia quantum ad aliquid videtur contradicere Augustino, & Hieronymo, Augustino quidem, quia ipse viderur velle, quod a seculis Angelis fuerit notum mysterium incarnationis: Dionysius tamen vult circa finem cœle. Hierarchia, quod illud mysterium latuit cœlestes mentes, & in hoc videatur contradicere Augustino, contradicit etiam Hieronymo, qui vult huiusmodi mysterium homines sciuisse per Angelos, non econuerso.

C

Vt ergo appareat quid de hac materia sit tendendum, vbi tanti Doctores sic contradicere videntur. Adducemus ad illud verbum Evangelij, quod inter natos mulierum non surrexit maior Ioann. Baptista. tamen qui minor est in regno celorum, maior est illo. Quilibet ergo Mauh. 16 existens in regno celorum, id est quilibet comprehensor, maior est quilibet puro viatore. Nulli enim dubium esse debet, q̄ scientia animæ Christi, etiam adhuc existentis viatoris, erat maior, quam omnium Angelorum quia Angelis sciunt omnia præterita, & præsentia, sed nullus est Angelus, qui sciat omnia futura. Sed continue fiunt in Angelis illuminationes, & reuelationes de futuris, ita quod angeli non aquantur verbo in numero scitorum, quantum ad scientiam visionis, quæ est præteriorum, præsentium, & futurorum. Scientia enim visionis se extendit ad facta, & fienda; non autem ad possibilia fieri, quia illa scientia dicitur simplicis notitiae. Christus ergo etiam secundum quod homo, etiam cū adhuc esset viator, poterat illuminare quemque Angelum, nunquam tamen fuit purus viator, sed dum viuebat hac vita mortali, erat simul viator, & comprehensor, sed post resurrectionem non fuit ulterius viator, nec vixit hac vita mortali, quia Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur. Et quod dictum est de Christo, qui erat viator, & comprehensor, potuit etiam dici de alio viatore, vt habuit actum comprehensoris:

D

sicut habuit Paulus in illo raptu. tunc enim potuit videre aliqua, quæ non videbant omnes Angelii.

His

His itaque transcursis, ut præfatorum Docto rum sententijs demus cuilibet suum intellectum, & vt tantam discordiam ad concordiam reuocemus; distinguemus de mysterio incarnationis, & de notitia, & saluabimus dictum Diony. & Hiero. quod mysterium incarnationis non erat notum Angelis. Taliter possumus loqui de huiusmodi mysterio, & taliter etiam poterimus de hoc loqui, quod saluabimus dictum Augusti, quod tale mysterium fuit notum Angelis a seculis, idest ab initio mundi iam conditi, & consummati. Nam & mysterium incarnationis, ut communiter ponitur, quantum ad substantiam facti, non latuit Angelos; sed quantum ad conditiones circumstantias, ut quod Christus fuit passus sub tali principe, & in tali loco, & a talibus gentibus, & multæ huiusmodi conditiones potuerunt latere Angelos. Secundum substantiam facti, non solum Angeli beati, sed ipse Diabolus vidit, & inuidit. Vedit enim, quod homo debebat ascendere, unde ipse descenderat, & ex hoc inuidit, & inuidia motus tentauit hominem, & fecit eum ruere, & habere necessitatem moriendo, quia Deus creavit hominem inexterminabilem. sed inuidia Diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Mysterium ergo incarnationis, vel mysterium de salute humana, quantum ad substantiam facti, potuit esse notum Angelis à principio mundi iam conditi, & consummati per opera sex dierum, vbi ultimum opus fuit factio hominis, quo homine factio, & producto, non solum Angelis beatis, sed etiam ipsi Diabolo quantum ad substantiam facti, potuit esse notum mysterium salutis humanae, videlicet quod homo ordinatus erat ad salutem, & poterat ascendere unde ipse descenderat. Et ex hoc potest solui controversia inter August. & alios sanctos Docto. Quia loquitur Augustinus de substantia facti, alij vero Sancti de conditionibus alijs. Sed controversia inter Dio. ponentem, quod homines illuminantur per Angelos, & non econuerso: & Hietonymum exponentem ad litteram, quod innotescit Principatibus, & Potestatibus in cœlestibus per Ecclesiam, idest per Apostolos, & per alios prædicatores de mysterio incarnationis, & de salute humana, sic solui potest distinguendo de notitia Angelorum, quia aliquid innotescit Angelis per homines non eos illuminantes, sed conuersionem aliorum admplentes. Nam res, ut est indeterminata, est ignota Angelo, quæ postea, ut si determinata, est sibi nota.

Resumamus ergo, quæ diximus in præcedenti questione de illuminatione Angelorum, & de notitia eorum. Nam, ut dicitur in 3. de Trinitate: Voluntas Dei est prima, & summa causa omnium corporalium specierum, atque motionum. Nihil enim visibiliter, & sensibliter hic agitur, quod non de interiori inuisibili, atque intelligibili aula summi Imperatoris aut iubeatur quantum ad bona, aut permittratur quantum ad mala.

Prima ergo determinatio rerum est, ut res

A sunt determinatae, & ordinatae secundum Dei voluntatem.

Secunda determinatio rerum potest esse in suis causis. Prima ordinatio pertinet ad diuinam sapientiam, sive ad diuinam prouidentiam, quia omnia sic sunt, ut ab æterno præordinauit secundum suam sapientiam, & prouidentiam. Secunda determinatio, prout res sunt ordinatae in suis causis, & potissime in causis generalibus, pertinet ad fatum. Appellatum est enim & fatum a fortis, ut dicatur fatum, quasi foris locutum, ut quod Deus in seipso per suam sapientiam, & per suam voluntatem ab æterno ordinavit, postea per exteriore causas illam ordinacionem interiore fatur, idest foris loquitur, & foris per secundas causas operatur.

Tertia determinatio rerum est in seipsis, quando res actu sunt, & actu producuntur. Hæc autem determinatio tertia prout res determinantur in seipsis, deseruit ad cognitionem angelicam naturalem, & etiam supernaturalem, quia futura contingentia, secundum quod huiusmodi, antequam sunt ignota Angelo, secundum conditionem naturalem. sed postquam sunt facta, sunt Angelo nota, quia sunt in seipsis iam determinata. Hæc etiam determinatio deseruit Angelis ad cognitionem supernaturalem, quam habent in verbo, quia in ipso Deo habent cognitionem de aliquibus fiendis, vel de aliquibus futuris, non tamen habent eam cum omnibus suis circumstantijs, cum quibus habent esse postea cum fienda iam sunt facta, & cum futura iam sunt presentia. Angelis ergo innotescit per homines mysterium salutis humanæ causatum per incarnationem Christi, & per passionem eius, non quod homines, vel ecclesia hominum doceat Angelos, vel illuminet eos, sed cum aliqui actu conuertuntur per Ecclesiam, vel ad Ecclesiæ, vel ad Christum, tunc quantum ad alias circumstantias est magis nota salus eorum, quam ante, & sic potest solui omnis controversia. Hæc ergo determinatio rerum in seipsis modo, quo dictum est, potest deseruire ad cognitionem Angelorum naturalem, & supernaturalem, sed determinatio rerum secundum voluntatem Dei quantum ad futura contingentia, deseruit Angelis ad cognitionem supernaturalem, quia hoc modo Deus illuminat Angelos superiores & Angeli superiores illuminant inferiores in quantum innotescit eis voluntas diuina, vel ordo sapientiae diuinæ, quantum ad aliqua futura fienda, quæ prius erant eis ignota. Nam non oportet, quod Angelus illuminetur vel a Deo, vel a superiori Angelo; ut clarius videat diuinam essentiam nunc, quam prius: sed sufficit, quod aliqua reueletur ei de voluntate Dei quantum ad aliqua futura fienda, quæ non erant ei revealata prius.

R E S P. A D A R G. Ad primum dicendum, quod Principatibus, & Potestatibus in cœlestibus innotescit per Ecclesiæ multiformis sapientia Dei, non quod hoīes, cōiterloquēdo, de hoc illuminent Angelos, sed quod rebus p̄grediētibus in esse; & cū Aegid. super ij. Sent. Zz 3 per

* Fatū vnde dicatur, & secundū non nullus Phil. & D. Tho. i. par. & 3. lib. contra Gēt. c. 93. est dispositio secundum causarum praesentia, & præordinata a Deo, cui dispositio corp. infer. tubia est, sic naturaliter, quia effectus impediti potest, ut si homo futurus loquax iterificatur, animi vero nostri illi disp. non subiaceat, sed ab illa inclinatur ad virtutes, & ad viae sunt ratiōne dixerint fatū non esse, cujus sententia fuit M. T. Cinc. lib. de nat. Deorum, & divinatio-ne, diceret oīa, necessaria eventua nesciunt ea in distin-guere cōtingentia, vel rēspū scien-tiā Dei, vel causarū secundarū. Sibi ei vero dicunt huic fato non solum in inferia subiaceat, sed Dei ipsū, quem sententia impiam D. P. Augu. 5. de Cliv. cap. 1. To. 5. exē-erat dicens: Si fatum di cas voluntatem diuinam, sententiam tene & lin-guam corrigere.

Incarnationis mysterium non latuit bonos, neque malos Angelos ad substatiam facti, sed quantum ad multas conditiones.

Diabolus videt reparationem hominum.

Diabolus non latuit incarnationis mysterium.

Concilium Augustini Hier. & Dio ny.

per prædicationem Apostolorum, vel aliorum A
etiam conuerterebantur homines ad Christum, erat
magis notum mysterium incarnationis quantum
ad hunc effectum, qui est conuersio horum ho-
minum, vel illorum, quam esset ante huiusmodi
conuersionem. Semper enim quantum ad ali-
quas circumstantias, & si non quantum ad sub-
stantiam facti possunt innoscere tales effectus
passionis Christi, vel incarnationis eius, non ob-
stante, quod ipsa incarnatione, vel ipsa passio lon-
ge ante fuerit Angelis nota. Vel potest auctoritas
exponi, ut id, quod dicitur referatur ad illu-
minate; & sit sensus: quod innescit Principati-
bus, & Potestatis, quare Paulus erat data gratia
illuminate Ecclesiam, idest illuminate eos, qui
sunt in Ecclesia. Vel potest adhuc aliter expo-
ni, ut ibi Ecclesia accipiat pro ecclesia cœlesti,
idest pro Angelis, ubi incepit ecclesia, per eccle-
siam ergo cœlestem, idest per Hierarchia primam,
vel supremam, innescit Principatis, & Pote-
statis, idest Hierarchia istimæ, in qua sunt prin-
cipatus: & media, in qua sunt potestates, multi-
formis, &c.

Hoc est alio-
quo superio-
res Angelis.

Angeli quo-
ab hominib-
us judican-
ti.

Ad secundum dicendum, quod quantum ad
naturam infi. nus Augelus est superior quolibet
homine, & etiam quantum ad gratiam, loquen-
do de quolibet homine puro viatore, quia qui
minor est in regno cœlorum, maior est illo. Si au-
tem aliqui in Ecclesia etiam præter Christum ha-
buerint actum comprehensoris etiam dum ad-
huc vivent, sicut habuit Paulus, dum fuit raptus,
potuit esse, q̄ in illo raptu fuerint aliqua reuela-
ta Paulo, quæ latebant Angelos.

Ad id autem, quod dicebatur de iudicio, quod
Angelos iudicabimus, potest intelligi de Ange-
lis malis, vi Glo. tangit. Vel si volumus hoc in-
telligere de Angelis bonis, poterit hoc exponi
comparative, quia in die iudicij multi homi-
nes apparebunt meliores, & superiores mul-
ti angelis, & compatibiliter dicentur iudicare
illos.

Ad tertium dicendum, quod Apostoli fue-
runt immediate illuminati a Deo incarnato, &
ut conuersabatur cum Apostolis secundum car-
pem. Nō ergo siebat hæc illuminatio, quod Apo-
stoli immediate viderent ipsam dignitatem, vel
ipsam diuinam essentiam, sicut vident Angelii,
propter quod non erant superiores Angelis, im-
mo inferiores.

Ad quartum patet solutio per iam dicta, D
quia Paulus in illo raptu potuit aliqua
videre in Deo, & potuerunt ei
aliqua reuelari a Deo,
quæ latebant
Angelos.

Quæst. II.

ARTIC. IIII.

An Angelic custodientes, damnationem custoditorum doleant.

Conclusio est negativa.

D. Tho. 1. p. q. 113. art. 7. Et 2. sent. d. 1. q. 1. art. 5. D. Bo-
nau. d. 1. art. q. 3. Ric. d. 11. q. 6. Guil. Altis 2. senten. tr.
4. c. 14. Alber. de virt. afflitr. q. 8. artic. 10. Biel dist. 11.
qæstio. 1.



V A R T O quæritur: Vtrum
Angeli deputati ad custodiam
eorum, qui damnabuntur: do-
leant de eorum damnatione. Et
videtur, quod sic, quia, ut dicit
Esaï. Angelis pacis amare fle-
bunt, sed hoc potest exponi de Angelis custodien-
tibus homines, ergo &c.

Præterea amicorum est sibi inuicem compati.
sed angelii tanquam amici nostri feruentissima
charitate diligunt homines, ergo dolebunt de
damnatione eorum.

Præterea si gaudium est Angelis in celis de
peccatore penitentiam agente, quia oppositorū
oppositi sunt effectus; erit dolor angelis in celis
de peccatore in peccatis se inuolente.

Præterea omne illud, quod repugnat fini inten-
tio, videtur aggravare dolorem, & tristitiam. sed
finis, quem intendunt Angelii de custodia homi-
num, est salus hominum. Ergo dolebunt, &
tristabuntur de damnatione iporum.

I N C O N T R A R I V M est, quod dici-
tur Apoca, quod in illa cœlesti Hierusalem non
erit neque luctus, neque clamor, sed nec ullus
dolor.

Præterea luctus, & dolor non possunt esse sine
aliquibus demeritis, sed Angelii in custodiendo ho-
mines in nullo demerentur, ergo &c.

R E S O L V T I O .

*Angelii custoditorum damnationē non dolent. Quod
ex beatitudine ipsa, quæ nullum admittit dolorem;
ex eorum conformitate ad Dei voluntatem; ex dilectione iustitiae; ex operibus bonis, ex-
que magna distantia, quæ est inter beatos, ac dam-
natos, clare patet.*

R E S P O N D E O dicendum, q̄ quinque vijs
iuestigare possumus, q̄ Angelic custodes hominū,
qui damnabuntur, non dolebunt de damnatio-
ne eorum, nec compatientur eis. Prima via sume-
tur ex beatitudine, quam sunt Angelii adepti. Se-
cunda ex conformitate, quam habebunt ad vo-
luntatem diuinam. Tertia ex dilectione iustitiae.
Quarta ex operibus bonis, quæ exercuerunt cir-
ca homines, qui damnabuntur. Quinta ex ipso
magnō Chaos, quod iam firmatum est inter bea-
tos, & damnatos.

Prima

*Christus 1^o
fuit bea-
tis, & doles*

Prima via sic patet. Nam quilibet dolor, & qualibet tristitia minuit beatitudinem, vel non poterit stare cum illa summa beatitudine, qua videtur tantum bonum, sicut est ipse Deus. Ideo dicebatur in arguendo, & bene, q̄ neque luctus, neque clamor, sed nec ullus dolor ibi poterit esse. Hoc enim fuit singulare in Christo, q̄ summè patiebatur secundum carnem, & summè fruebatur secundum animam: vel summè patiebatur secundum sensualitatem, & summè fruebatur secundum rationem superiorem: sed in Angelis hoc esse non posset, qui carnem non habent, & sensualitate carent.

Secunda via ad hoc idem sumitur ex conformitate voluntatis Angelorum ad voluntatem diuinam. Erit enim Angelorum, & omnium bonorum sic conformis voluntas, cum voluntate diuina, q̄ ipsi gaudebunt de omni eo, quod est placitum Deo. & quia placet Deo nullum malum esse impunitum, & nullum bonum itremunatum: ideo hoc placebit omnibus Angelis, & omnibus beatis, ut iuxta mala merita damnentur mali, & iuxta merita præminentur boni.

Matt. 5.

Tertia via sumi poterit ex ipsa diuina iustitia, quam summè diligent omnes Angeli, & omnes Beati. Nam tunc maximè implebitur illud Euāgelij. Beati, qui esuriunt, & diligunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur. In die enim iudicij saturabuntur boni de vtraque iustitia: videlicet de damnatione malorum, & de beatificazione bonorum.

Quarta autem via sumi potest ex ipsis bonis operibus, quæ exercuerunt Angeli circa homines, quos custodiebant: dato, quod aliqui eorum, vel etiam multi damnentur, quia cū damnabuntur tales, non dolebunt angeli de damnatione eorum, sed magis gaudebunt de bonis operibus, quæ exercuerunt circa eos. quia angeli eorum custodes, quantum in eis fuit, retraxerūt eos à malo, & induxerunt ad bonum.

Quinta, & ultima via sumi ex illo Chaos magno, quod firmatum est inter beatos, & damnatos, quia damnati non possunt ire ad beatos: nisi hoc fiat ex speciali Dei miraculo, quia suscitatus dicitur fuisse & Traianus ad preces Gregorij, qui suscitatus ponit facere pénitentiam, & salvati. Nec etiam beati possunt ire ad damnatos etiam per compassionem, quia Filius beatus nō compatietur patri damnato, nec è conuerso.

R E S P. A D A R G. Ad primum dicendum, q̄ illud verbum Esai, ad litteram potest exponi de nuncij Regis Ezechiae missis ad querendam pacem ab Assirijs, qui non reportantes pacem, sed potius contumeliam, & tristitiam: illi Angeli pacis. i. nuncij missi pro pace dicuntur amarè flentes. sed si volumus hoc aptare ad Angelos, dicentur dolere, vel flere metaphorice, sicut Deus dicitur dolere, iuxta illud Genet. 6. Taetus dolore cordis intrinsecus.

Ad secundum dicendum, quod Angeli non possunt compati, quia sunt impassibles, & non solum Angeli, sed etiam homines non poterunt

A compati damnatis: loquendo de hominibus beatis, quia habebunt corpora impassibilia.

Ad tertium dicendum, quod Angelii possunt esse participes gaudij, & possunt proficere in gau dio, quantum ad præmium accidentale, quod est de aliquibus bonis creatis, præter visionem, & fruitionem diuinæ essentiaz, quæ pertinent ad præmium accidentale, sed non possunt esse participes doloris, quia dolor cum Angelorum beatitudine stare non potest.

Ad quartum dicendum, q̄ finis semper habet rationem voliti, quia per antonomasiam voluntas dicitur esse ipsius finis. Angelii autem volunt salutem hominis voluntate antecedente: videlicet si seruent mandata diuina, & si seruent eorum monita, & cetera antecedentia ad beatitudinem.

B Sed voluntate consequente: volunt quicquid Dominus vult secundum huiusmodi voluntatem: secundum ergo hanc voluntatem nō possunt dolere, quia non possunt dubitare de impletione numeri electorum, & non dolebunt de damnatione custoditorum: sed magis gaudebunt de bonis operibus, quæ exercuerunt circa eos: & quia circa ipsos exercuerunt totum, quod in eis erat.

*Voluntas
antecedens
quid.*

*Voluntas
consequens
quid.*

A R T I C. V.

*An inter Angelos sit pugna.
Conclusio est affirmativa.*

C D. Th. 1. p. q. 113. ar. 8. Et 2. sent. d. 11. q. 2. ar. 5. Ric. d. 11. q. 3. Biel. d. 11. q. 1. circa finem. Dur. d. 11. q. 1. Nic. de Nisje tract. 2. p. 2. q. 1. Barth. Syb. 2. Dec. c. 9. q. 1.



V I N T O queritur: Vtrum inter Angelos sit pugna. Et videatur, quod non. Quia pugna, & omnis discordia repugnat unitati charitatis. sed Angeli sunt perfecti in charitate: ergo nihil tale potest ibi esse.

Præterea omnis præstans fauorem, vel adminiculum habentibus iniustam causam peccat, & hoc non potest competere beatis. Cum ergo contraria simul verificati non possint, pugna, & contrarietas, siue iniustitia esse non potest: ergo, &c.

D Præterea: vbiunque est ordinata prælatio: ibi pugna, & contrarietas esse non potest. quia hoc est contra rationem prælationis, quod inferior resistat superiori. sed non sunt duo Angeli non se habentes secundum sub, & supra: ergo nō sunt duo Angeli, inter quos possit esse pugna.

Præterea nullus Angelus nititur ad aliquid: nisi quia credit, & opinatur illud esse bonum, sed contrariarum opinionum oportet aliquam esse falsam: in Angelis, ut videtur, non potest cadere falsitas opinionis: ergo, &c.

I N C O N T R A R I Y M est, quod habetur Dan. Quod quatuor venti soli pugnabant in mare magno, per quos secundum Glo, intelliguntur quatuor

Dan. 7.

Dan. 10.

quatuor angelicæ potestates: ergo, &c.

Præterea Dan. 10. dicitur: Princeps Regni Per-
fatum restitit Angelo, qui loquebatur cum Dan.
21. diebus: quod sine pugna, & discordia esse nō
potuit: ergo, &c.

R E S O L V T I O .

*Angeli inter se, etiam boni, aliquam habent discor-
diam, non quantum ad naturam, sed quantum ad
voluntatem, sicut in hominibus probis id reperi-
ri quandoque videmus, sed in Angelis citius,
quam in hominibus, qui Deum non vident, se-
datur.*

*Deus cent-
rū, & crea-
tura linez.
Mercurius
autē in Tri-
angulis in
lib. diff. Dei
sit: Deus est
iphaea, que
non habet
principiū,
neq; finē in
star Dei, qui
est principiū,
& finis om-
niū, sed nō
habes hęc.
iū est sph-
era intelligi-
bilis ad dif-
ferentiam
spherae ma-
terialis. Di-
citur sph-
era, cuius cen-
trū vbiq; ē,
circūferētia
vero nū-
quā. Centrū
i. creatura.
quia non est
locus, i. quo
non sit crea-
tura aliqua.
Huius sph-
era nō est cir-
ciferentia.
quia Deus à
nuda creatu-
ra comprehen-
ditur, dicitur
ipsius inno-
scitatem. Hac
ip. c.

Angelorum
bonorum
pugna.

Quæst. II.

A vnus volebat vnum, & aliud aliud. Sciendum er-
go, quod secundum ea, quæ videmus in homi-
nibus, & etiam in alijs rebus: possumus aliqua
coniecturari de Angelis. Potest enim contingere,

bonorū ho-
minum di-
cordia.

quod inter bonos homines vno, & eodem spi-
ritu motos, sit discordia, & pugna. Videmus, n.
in eodem capitulo, quod aliqui volunt vnum
prælatum: aliqui volunt alium: & quilibet tamē
ad hoc volendum potest moueri propter bonā
intentionem, & propter maiorem utilitatem Ec-
clesiae. Sic etiam videmus in rebus alijs, q; ali-
quando non est nisi vnu ventus in mari, & tamē
illo vno, & eodem vento si vela sint aliter, & ali-
ter ordinata: vna nauis ibit ad vnam partem, &
alia ad aliam. Sic eodem spiritu impellente di-
uersæ conscientiæ possunt impelli in diuersa vo-

B lita, vt ex hoc vnu bonus homo resistat alteri
bono homini, vt possint bona, & sancta consciē-
tia discordare quantum ad volita. Et licet hoc
possit esse in hominibus simpliciter, & absolu-
tè, in Angelis erit hoc sub conditione, si hoc sit
voluntas Dei. Nam quia iudicia Dei sunt Aby-
sus multa. Et nesciunt Angeli etiam boni de quo
cunque negotio, quæ sit voluntas Dei: possunt
inter se pugnare, i. discordare de aliquo negotio:
donec patet eis, quæ sit voluntas Dei. Nam in
negotio gratiose virtuque pars contradictionis
potest esse iusta, si adgit ibi voluntas principis.
Angelus ergo, qui loquebatur Dan. volebat sup-
posita diuina voluntate liberationem Iudeorū,
quia iustum erat preces Dan. exaudiri: alius no-
lebat, quia iustum poterat iudicari. Iudeos pro-
pter sua demerita debete amplius puniri: vela-
lius resistebat, quia propter moram Iudeorum
inter Persas: multi trahebantur ad bonum. Vn-
de & Greg. 17. Mora, exponens illud verbum

Angelii Per-
fatur, & An-
gelii Iudeo-
rum pugna.

Iob: Qui facit pacem in sublimibus, i. in Ange-
lis, quia Deus reuelādo suum propositum de ali-
quo negotio: facit pacem inter Angelos, quia de
illa re, de qua poterant appetendo iustitiam di-
cordare: cognita diuina voluntate non amplius
discordant. Ista tamē discordia magis potest du-
rare inter homines bonos, quibus semper non
est nota diuina voluntas, & qui non vident Deū
aperiē, vt possint vel à Deo, vel à superiori Ange-
lo illuminari de diuino proposito, vel de diu-
na voluntate. Illa ergo manifestatio, lumen est.
Ipsa ergo manifestatio diuini propositi facti vel
à Deo, vel à superiori angelo, quædam illumina-
tio dici potest: quia ergo, vt diximus, homines
viatores non aperte vident Deum, nec aperte vi-
dent Angelos: discordia voluntatum potest ma-
gis durare in eis, quam in Angelis.

R E S P. A D A R G. Ad primum dicendū,
quod charitas non tollit diuersitatem opinionū.
Nam secundum Philosophum inter amicos pos-
sunt esse diuersæ opiniones, vt potest patere in
Ethic. Non tamen dicemus, quod in Ange-
lis propriè sit diuersitas opinionum, quia opinio
dicit assensum vnius partis cum formidine alte-
rius: sed Angelus non assentit simpliciter de ali-
quo agibili, vel de aliquo fiendo, nec dat iudi-
cium

Deus quoq; fa-
ciat pacem in
sublimibus.

Ethic. 9.

quum suum super hoc, simpliciter loquendo, sed sub conditione, si illa sit voluntas Dei, quod illud sit, Ad discordandum autem de aliquo: non oportet verificari contraria affirmativa: ut, quod unus velit hoc, & alius contrarium velit, si sufficit solum non velle idem, & hoc potest esse in Angelis sub conditione, si sit voluntas Dei, veldonec patesiat de illo, quae sit voluntas Dei.

Ad secundum dicendum, quod utraq; pars traditionis potest habere aliquem colorem iustitiae, & maximè in his, quae dependent à voluntate Principis: ubi, quod placuit Principi: legis vi-gorem habuit, Iustum enim erat exaudiri preces Dan, si Deo placebat, & iustum erat Iudeos diu-nius exilium pati inter Persas, si hoc erat voluntas Dei, quod illo modo veller eos puniri propter eorum demerita.

Ad tertium dicendum, quod ordo prælacionis Angelorum potissimum consistit in manifesta-tione, vel in illuminatione de diuina voluntate, siue de diuino proposito. Nam ad hoc Angeli se ordinant ad inuicem, secundum sub, & supra, ut exequatur diuinum propositum.

Ad quartum dicendum, quod ad hoc, quod aliqui duo Angeli non velint idem: non oportet, quod sit inter eos falsa opinio, sed sufficit, quod sit inter eos aliqua nescientia, & sufficit eos ne-scire diuinum propositum: ad hoc, quod non con-cordent de re illa: vsquequo diuinum propositum sit eis patescatum.

Dub. I. Litteralis.



V P E R litteram primo queritur de illo verbo Hier. Magna est dignitas animarum, ut una-quaque anima ab exordio natuitatis habeat Angelum ad custodiā deputatum. Quid ibi accipiatur pro exordio natuitatis.

Dicendum, quod exordium natuitatis animæ: non potest dicere nisi, vel ipsam creationē eius: vel ipsam infusionē, quia Deus quotidie nouas animas creando infundit, & infundendo creat. Ab ipso ergo exordio natuitatis, i. ab ipsa crea-tione animæ, vel ab ipsa infusione deputatur Angelus ad custodiā animæ: propter quod aliqui hoc, quod dicitur ab exordio natuitatis, expo-suerunt de natuitate hominis: dicentes hoc de-bere intelligi de natuitate hominis non solum ex vtero, sed etiam in vtero, quod licet in idem redeat cum expositione, quā deditus: tamen cū Hieronymus loquatur de natuitate animarū, & animæ tunc dicantur nasci, quando creātur, & infunduntur corporibus: non oportet loqui in equiuoco, & exponere de natuitate hominis, quae potest esse duplex: in vtero, & ex vtero; quā do potest locutio esse simplex, & exponi de natuitate animæ, quae semper est uno modo: videli-

Angelus cu
los anima
quando de-
putatur.

Natuitasho
minis du-
plex.

A cet cum homo cōcipitur in vtero, & infunditur sibi rationalis anima.

Dub. II. Litteralis.



L T E R I V S fortè dubitaret ali-quis: Quare sic à primordio deputatur Angelus ad custodiā animæ, cum tunc non possit ho-mo habere usum liberi arbitrij, & non possit peccare.

Homo in v-
tero cur ab
Angelo eu-
stodiatur.

Dicendum, quod solutio eius, quod queritur: satis potest haberri ex habitis. Nam custodia Angeli non solum est necessaria, ne anima peccet, sed etiā ne lēdatur corpus eius, quod est organum ipsius: per cuius lēsionem im-pediri potest anima tam in usu rationis, quam in usu liberi arbitrij, ut supra dicebatur.

Dub. III. Litteralis.



L T E R I V S fortè dubitaret aliquis: de eo, quod in littera di-citur, & sunt verba Greg, quod unusquisque habet unum bonū Angelum ad custodiā deputatum, & unum malum ad exerci-tium. Videtur enim, quod Deus hic valde crudi-ler se habeat ad hominem, & quodammodo videtur, quod se habeat iniustè ad ipsum. Nam, vt dicitur Iob de Diabolo: Non est potestas super terram, quae ei possit adēquati, quod ergo detur tantus aduersarius homini, cui non potest adēquati aliqua potestas terrena: videtur crudeliter se habere Deus ad ipsum, & aliquo modo iniustè agere cum eo.

Iob 4:7.

C Dicendum, q̄ si benè consideretur veritas negotij: Deus non se habet crudeliter, & iniustè ad hominem, sed valde mitè, & misericorditer se ha-bet cum eo. Prīmò, quia licet aduersarius noster Diabolus dicatur valde potens: tamen in vincen-do, & superādo hominem est valde debilis, quia, vt communiter dicitur, debilis est hostis, qui non potest vincere nisi volenter aduersariū. Est ergo Deus mitis, & misericors erga hominem: non solum dando sibi hostem debilem, non potērem vincere nisi volentem, sed cum hoc dādo sibi cu-stodem Angelum bonum: ipsum temper retta-hentem à malo, & inclinantem ad bonum.

Demon nō
nisi volente
vincit.

Dub. IV. Litteralis.



L T E R I V S fortè dubitaret ali-quis de eo, quod in littera dubita-tur: Vtrum singuli Angeli singu-lis hominibus: an unus pluribus ad custodiā, uel ad exercitium deputatus sit. Arguatur ergo, ut arguitur in littera, quod tot sunt homines salvandi, quot boni Angeli remanserunt, quia, ut dicitur Denter.

Bach. d. 11.
q. .

Statuisti

Deut. 32.

Damnandi
piores, & sal-
vandiAngeli Mo-
tores orbū
qūl.Angelus
qūl mouet
cēlām.Idē in Pro-
logo, & d. 1.
ac. 2. & d. 10.
q. 1. sed d.

Statuisti terminos popolorum . iuxta numerum Angelorum Dei , vt habet quædam translatio . Numerus ergo popolorum saluandorum erit secundum numerum Angelorum Dei , aut Angelorum Beatorum , & quia plures dam habuntur ex hominibus , quām saluabuntur . Iuxta illud : Multi sunt vocati : pauci verò electi . Si ergo unusquisque homo tam damnandus , quām salvandus haberet suum Angelum custodē , si omnes Angeli deputarētur ad huiusmodi custodiā , non sufficerent . Et ideo concludit Magister , & bene , cum homines omnes non habeant esse simul , quia quidam sunt præteriti , quidam præsentes , quidam futuri : oportet , quod vel eodem tempore , vel saltē successiū : unus Angelus deputetur ad custodiā plurium hominum : & satis potest concedi , quod non solum successiū , sed etiam eodem tempore , unus Angelus ad custodiā plurium hominum , vel etiam omnium hominū potest deputari . Est enim Angelus in hoc corpore , vel in hoc loco terreno , sicut in hoc aere circa terram localiter , sicut anima est in suo corpore formaliter . Nam sicut anima est formaliter tota in suo toto corpore , & tota in qualibet parte , sic Angelus in toto illo corpore , in quo est localiter per applicationem suæ virtutis , est totus in toto , & totus in qualibet parte . Cum ergo nos ponamus , quod inferiores Angeli sunt motores orbium , quia infima supremorum attingunt supra corpora . i. cœlos . Secundum ergo ea , quæ diximus , unus Angelus etiā de inferioribus Angelis mouet totum cœlum , vt unus Angelus mouet cœlum sidereum , sicut totam octauam sphæram , vbi sunt multæ stellæ . Verum quia cœlum est continuum , non oportet Angelum mouēt cœlum applicare virtutem suam immediatè ad totum cœlum , sicut homo potest mouere unam magnam virgam , applicando manum suam immediate ad modicam partem virgæ . Quoniam virga est continua : potest quis mouere totā virgam , applicandō manum suam ad medianam partem virgæ . Sic potest unus Angelus mouere totum cœlum sidereum , applicando immediatè virtutem suam ad modicam partem cœli siderei , & illa pars poterit esse tanta , quanta est una stella visibilis : vel , quod idem est , visu notabilis , qā creditur in cœlo sidereo esse multas stellas , quæ propter sui paruitatem videri nō possunt . Cum ergo una Stella quantumcunque magna , & quantumcunque visu notabilis , sit quasi punctus respectu totius cœli siderei : cogimur dicere , quod Angelus mouens cœlum sidereum , applicat virtutem suam , vel applicare potest immediatè saltem ad tantam partem cœli , vel ad maiorem , quāta est una Stella quantumcunque magna , & quantumcunque visu notabilis , & respectu illius partis , ad quam applicat Angelus immediatè virtutem suam : est totus in tota illa parte , & totus in qualibet parte illius partis . Et quia , vt clamant omnes Astronomi , quilibet Stella visu notabilis in cœlo sidereo est maior tota terra , & cum de tota terra non habitetur compleatè quarta pars ,

A vt notauerunt componentes sphæram , si potest unus Angelus esse in tota tanta parte cœli , quāta est una Stella quantumcunque magna , & visu notabilis , & totus in qualibet parte eius , & talis Stella sit maior tota terra , & de terra tota non habitetur compleatè quarta pars : poterit unus Angelus quantumcunque infimus esse totus in tota terra habitabili , & totus in qualibet parte , & hoc modo poterit unus Angelus simul omnes habitatores terræ custodire , & quemlibet singulatiter : cum possit esse totus in tota terra habitabili , & totus in qualibet parte : tamen Deus , qui est maximè liberalis , & non est auatus in thesauris suis , non solum Angelum unum , sed Angelorum multitudinem ad hominum custodiā deputavit .

B Si ergo loquamur de custodia Angelorū , quātum ad necessitatem : unus posset custodire omnes viantes in terra habitabili . quia unus posset esse totus in tota huiusmodi terra , & totus in qualibet parte . Sed si loquamur de huiusmodi custodia quantum ad congruitatem , vt congruit diuinæ liberalitatī : satis vñ diuinæ liberalitati , & pietati congruum , quod quilibet homo purus viator loquendo de hominibus præsentibus habet suum Angelum custodem : nec tamen propter hoc excluditur , quin unus Angelus possit successiū plures homines custodire : nihilominus tamen etiam eo modo , quo unus angelus plures homines potest custodire , quilibet homo habet suum angelum , sicut quilibet Monachus suū Abbatem : non obstante , quod plures sint Monachi , quām Abbates . Sic etiam , & multo magis , quilibet homo habet suum angelum custodem : non obstante , qđ successiū plures sint homines custoditi , quām custodientes Angeli .

Dub. V. Litteralis.



L T R I V S fortè dubitaret aliquis : de eo , quod in littera dicitur , quod charitas , qua Angeli Deum , & nos diligunt ; meritum , & præmium dici potest .

Angeli bea-
ti an pos-
sint meriti .

Sed contra : Cum Angeli non sint vterius viatores , quia iam sunt in Patria , & iam vident Deum visione aperta , non videtur , quod possint vterius mereri , nec vterius præmiari .

Dicendum , quod eo modo , quo possunt vterius mereri , possunt vterius præmiari , & econverso : & eo modo , quo non est hoc possibile , non possunt . quantum autem ad præmium essentiale , quod est gaudium de ipso Deo , & quod est Dei aperta visio , & eius perfecta fruitio , quantum ad hoc meritum , vel præmium Angelorum non suscipit magis , & minus : nec etiam incrementum . Sed loquendo de cognitione diuinorum effectuū , & de gaudio , quod potest habere de creaturis , & de effectibus diuinis , quia Angelis iā beatis multa reuelantur de regimine vniuersi ,

Præmium
essentiale
quidem .Præmium
accidentale
quid .Angeli plu-
res ad homi-
num culto-
dium14. q. 3. art. 1.
dicitur Lu-
na maior
terra , cuius
+ pars tota
non habita-
tur . & vide
in Prol. Cō-
tradist. & se-
lutionem .

vniuersi, & de effectibus diuinis fiendis, siue futuris propter salutem electorum: ideo quantum ad hoc dicuntur proficere, siue mereti, & ex merito præmium adipisci. Et quia omne meritum innititur charitati, & omne præmium respondet, & mensuratur secundum meritum à charitate elicium, vel imperatum: ideo charitas, quantū ad hoc, dicitur esse meritum, & præmiū. Meritum quidem: prout charitate moti circa nos operantur, & præmium prout sic charitate moti de bonis operibus legitantur, & gaudent.

Dub. VI. Litteralis.



L T E R I V S fortè dubitaret aliquis: de eo, quod in littera dicitur, & habetur in Esai, Christo ascende dicebant Angelii: admirantes magnificentiam Christi ascendentis: Quis est iste, q̄ venit de Edom, &c. quorum sit ista vox.

Dicendum, quod aliud est querere, quorū sit ista vox, quantum ad locutionē: & aliud, quorū sit quantum ad locutionis intentionem. Nam quantum ad locutionem fuit illa vox Angelorū ad Angelos: sed quantum ad locutionis intentionem, fuit illa vox Angelorum ad Christum. Possumus autem ponere exēplum de Magistro, & de Discipulis. Christus enim ibi se habebat, ut Magister, & omnes Angeli, ut discipuli. Multo-
ties enim discipuli de aliquo admittentes, inter se loquuntur de illo. Et quia non audent intentionem suam directè dirigere ad Magistrum: loquuntur inter se de aliqua re alta, & admirabili: ea intentione, ut Magister doceat, & illuminet eos de eo, quod admirantur. Sic Angeli vidētes, & admirantes Ascensionem Christi in tanta pulchritudine, quia ascendebat, ut formosus in stola sua, & cum tanta virtute, quia gradiebatur in multitudine virtutis suæ: non audentes locutionem suā directè, & immediatè dirigere ad Christum: loquebantur, & admirabantur inter se, sed hoc faciebant ea intentione, ut Christus de sua Ascensionē, de qua loquentes admirabātur: eos doceret, & illuminaret. Cū ergo queritur, quorum erat illa vox: si queratur de ipsa locutione: dicimus, quod erat Angelorum ad Angelos, sed si sit quæstio de locutionis intentione, modo, quo dictum est, erat Angelorū ad Christum.

Dub. VII. Litteralis.



L T E R I V S fortè dubitaret aliquis: eo, quod in littera dicitur, & sunt verba Greg. Quid est, quod ibi nesciant, qui sciemt omnia sciunt? sed si Angeli videntes Deum vident omnia; non videtur, quod possint illuminari ultius de rebus fiendis. Sed quia vident Deum vi dentem, & scientem omnia; Consequens est, q̄ ipsi videant, & sciant omnia.

Dicendum, q̄ ipsi vident, & sciunt omnia per tinentia essentialiter ad beatitudinem: cuiusmodi sunt illa, sine quibus beati esse non possunt: cuiusmodi est aperta visio unitatis divinæ essentiæ, & distinctionis personarum, sed non vident omnia, quæ Deus ibi videt, nec sciunt omnia, quæ Deus ibi scit. quia licet diuinam essentiam aper- tè videant, & diuinam scientiam clarè cognoscant: tamen diuinam essentiam non comprehendunt. sed aliqui magis clarè vidēt, & aliqui minus hoc intuentur, & secundū magis, & minus aliqui plura, & aliqui pauciora ibi vident. & hoc modo se inuicem purgant, illuminant, & perficiunt.

Angeli boni quo dicatur videtur omnia.

Ad formam autem arguendi, quid est, quod nesciant, qui scientem omnia sciunt? dici potest, quod videntes diuinam essentiam sciunt omnia, quia sciunt illud, quod est sufficiens medium ad sciendum omnia. Et si nesciunt ibi omnia: hoc est ex defectu eorum, quia licet possint illam essentiam, & illud medium clarè videre: tamen nō possunt eam comprehendere: & etiam in illa claritate visionis est dare magis, & minus, ut est per habita manifestum.

D I S T. XII.

*De opere creationis, conditioneq;
creature corporeæ, quantum ad principium
materiale.*



D E C D E A N G E L I C A E N A T Y R A E, &c. Postquam Magister determinauit de natura purè spūali, ut de Angelis. In ista parte vult determinare de natura purè corporali, quæ fuit cōdita per opera sex dierū: & de natura ex vitroq; cōposita, i. de homine. Et licet in illis sex diebus fuerint conditi Angelii, & Homo: Magister tamen tractando de operibus sex dierū, modicā mētionē facit de Angelis, & de homine. Sed supra p̄ le, & specialiter tractauit

Creatio an
te omnem
diem.

Rerum di-
stinctio, &
ornatus an
simul cum
creatione fa-
cta fuerint.

August. epi-
nio de reu-
creatione.

tractauit de Angelis. Et post opera sex dierum per se, & specialiter tractat de homine. Duo ergo facit, quia primo tractat de operibus sex dierum. Secundo descendit specialiter ad tractandum de homine, ibi : { His excursis, quod supra de homini creatione. } In principio 16. distin. Circa pri- mū tria facit: prout tractando de operibus sex dierum de triplici opere tractat: videlicet de ope re creationis, quod fuit ante omnem diē. De ope redistinctionis, quod fuit per tres dies, & de ope re ornatus, quod fuit per alios tres dies. Prima pars incipit in hac 12. Dist. { Hac de Angelice. } Secunda ibi: { Prima autem distinctionis. } In prin cipio 13. dist. Tertia ibi: { Sequitur: Dixit Deus: Fiant luminaria. } ultra medium 14. dist. In tota ergo hac dist. 12. determinat Magister de opere creationis, prout continuatur, & respicit opera sex dierum. Circa, quod duo facit, quia primo continuat dicta dicendis. Secundo exequitur de proposito, ibi : { Cum Deus in Sapientia. } Dicit ergo. { Hac de Angelice naturae conditione dicta sufficient. } Nunc superest de aliatum quoque rerum creatione, & præcipue de distinctione operum sex dierum nonnulla in medium pro ferre. Deinde cum dicit: { Cum Deus. } exequitur de proposito. Circa quod tria facit, quia primo determinat de creatione rerum corporalium, & innuit circa hoc varias esse opin. Sanctorum. Se cundo in speciali narrat varias opi. quarum una est magis communis, alia minus communis. Ter tio exequitur de proposito secundum opin. magis cōmune. Secunda ibi: { Quidam namque Sanctorum. } Tertia ibi: { Secundum hanc itaque. } Dicit ergo, quod cum Deus in Sapientia sua cō diderit angelicos spiritus: creauit etiam in eadē Sapientia alia, iuxta illud: { In principio creauit Deus cōlum. } i. Angelos, & terram, idest aliam corporalem creaturam, i. materiam quatuor elementorum, & aliorum corporum adhuc confusam, & informen, quæ à Græcis dicta est Chaos, & hoc fuit ante omnem diem. Deinde distinxit elementa, & alias res secūdum species proprias, quæ nō fuerūt distincta simul, ut quibusdā Sanctorum Patrum placuit, sed per interualla temporum, ac volumina sex dierū, ut alijs visum est: Deus seruauit res, supple distinguendo, & ornā do. Aduertendum tamen, quod cum dicit: { Ut quibusdam Sanctorum Patrum placuit: sed per interualla tempora sunt facta, ut alijs visum est: } non innuit nisi unam, & eandē opinionē magis cōmē, videlicet, q̄ quidā Sanctorū Patrū volue runt ista fieri per interualla temporum, qui sup ple erant alij, & diuersi ab his, qui dixerunt hæc omnia simul esse facta, distincta, & ornata. De inde cum dicit: { Quidam namque. } specificat illam diuersitatem opinionum dicens, quod qui dam namque Sanctorum Patrum, qui archana Dei scrutati sunt: videntur super hoc aduersa, idest contraria scripsiisse. Quod declarat dicens, quia alij omnia simul fuissent creata in materia, & forma tradiderunt, quod August. sensisse vide tur. Et ista est opinio minus communis. Alij

A verò hoc magis probauerunt, quod prius fuerit creata materia quatuor elementorum, & aliorum corporum, rūdis, adhuc, & informis: post modum verò ex illa materia genera rerum corporalium sunt formata, & ista est opinio magis communis, quam Gregor. Hierony. & Beda: alijq; plures commendant, & magis videtur con gruere litteræ Gen. Tunc sequitur illa pars. { Se cundum hanc itaque: } in qua prosequitur hanc materiam secundum opinionem magis communem. Circa quod tria facit, quia primo ostendit illam materiam informem nominatam esse multis nominibus. Secundo, quare hoc sit, ad ducit plures rationes. Tertio specialiter descen dit ad id, quod importatut nomine tenebratū: Secunda ibi: { His omnibus vocabulis. } Terti a ibi: { Tunc erāt tenebrae. } Dicit ergo, quod secundum hanc opinionem magis communem: { In principio creauit Deus cōlum, } idest angelicam naturam, & terram, idest illam materiam confusam, & informem, quæ ideo est vocata est terra, quia inter cætera elementa terra est mi nus speciola; Addit etiam, quod illa informis materia vocata est abyssus propter cōfusionem, & commixtionem, quam habebat. Subdit & tertio, quod illa materia vocata est aqua, super quam ferebatur Spiritus Domini, sicut voluntas Artificis super fuit suo operi, & suæ materiæ, quæ omnino subdita est voluntati suæ: & reddit rationem, quare vocata est aqua, quia omnia, quæ nascuntur ab humore, formari incipiunt. Tunc sequitur illa pars: { His omnibus vocabulis. } Nam cum de quolibet vocabulo assignauerit Magister rationem: videlicet quare illa informis materia vocata sit terra: quare abyssus, & quare aqua. Hic vult reddere rationem, cur non uno, sed multis vocabulis sit vocata, & assignat ad hoc triplicem rationem, ut sit una ratio ad instruendos simplices, qui magis per vocabula multa possunt instrui de aliqua re, quam per unum. Sit secunda ratio ad vi tandores errores. quia si uno nomine vocaretur illa informis materia: fortè crederetur esse illud, quod illo nomine importatur. Sit etiam tertia ratio ad declaratam veritatem. Nam multis nominata est, quia multa inde formantur. Nam licet illa materia cerni, vel videri non posset: nominata est nominibus viabilium rerum, quæ inde erant fienda. quod totum factum est propter simplices, & parvulos, qui non possunt invisibilia, & ignota comprehendere. Deinde cum dicit: { Tunc erant tenebrae. } spe cialiter pertractat quid importetur nomine tenebratum. Circa quod tria facit, quia primo facit, quod dictum est. Secundo mouet circa tenebras quandam questionem, & soluit. Ter tio annexit dictę questioni duas alias, & soluit. Secunda ibi: { Attende. } Tertia ibi: { De qua. } Dicit ergo, quod nomine tenebrarum non importatur aliqua res, sed solum ubi est absentia lucis: sic etiam nomine silentij, ubi non est sonus. & sic nuditas non est res aliqua, sed ubi non est tegu-

Greg. Hier.
& Bede op̄io
de tera
creatione.

Gen. t.
Materia ex
uocatur Tene
bra, Abyssus,
& aqua.

Materia ex
uis cur mul
tis nomini
bus nomen
petatur.

Tenebra
quid: & qd
silentiam.

*egumentum, & insenitas non est res aliqua, sed A
vbi non est corpus.*

Deinde cum dicit: { *Attende:*} quia ista est sententia Augustin. quod tenebra non est res aliqua. Arguit in contrarium per Scripturam dicentem: { *Benedicite lux, & tenebræ domino.*} ergo tenebræ benedicunt dominum, ergo res aliqua.

Tenebræ
quomodo
benedicant
domino.

Tenebræ
plex.

Solut, quod tenebræ possunt accipi multis modis, vel pro sola carentia lucis, & tunc non est res aliqua: vel pro illo corpore, quod priuat lucem, & tunc est res aliqua. In principio ergo erat tenebræ super faciem abyssi, quia nondum facta erat lux, quæ decoraret opus domini.

Tunc sequitur illa pars, de qua prius, in qua mouet duas alias quæstiones, & soluit.

Circa quod tria facit, quia primo facit, quod dictum est. Secundo aliqua tangit de operibus sex dierum, & de quiete domini. Tertio narrat quot modis operatur Deus. Secunda ibi: { *Nec supereft.*} Tertia ibi: { *Quatuor enim modis.*} Dicit ergo, quod priusquam tractet de luce, duo vult querere de illa materia confusa.

Primo enim querit de ea, quare dicatur materia informis, an quia caruerit omni forma, an propter aliud.

Secundo querit vbi erat illa materia informis, & quantum se in altum protendebat.

Respondet ad primam quæstiōnēm, q̄ non est dicta illa materia informis, quod caruerit omni forma, sed quia nondum pulchram, apertam, & distinctam receperat formam.

Solut questionem secundam, q̄ ibi erat illa materia informis, vbi nunc subsistit sub forma: & quod tātum se in altum protendebat illa materia informis, quantum se protendūt super terram ista tria elementa: aqua, aer, & ignis. Nam quantum ista tria elementa se protendunt super terram nunc distincta, tantum se protendebant tunc permixta, & confusa. Vel, vt quidam volunt, illa materia se protendebat ultra firmamentum, iuxta illud: *Benedicte aquæ, quæ super cœlos sunt, domino, sed de hoc in quæstionibus literalibus apparebit.* Deinde cum dicit: { *Nunc supereft determinare in quot diebus ex illa materia fuerunt facta omnia,*} & dicit, quod in sex diebus, ita quod in 7. die requieuit dominus ab omni opere, quod patravit. Requieuit quidem, quia postea non est operatus aliquod nouum opus, sed continuavit opera facta, de qua continuatione operum loquitur veritas in Euāgeliō: { *Pater meus, nunc operatus est, & ego operor.*}

Dei quies,
quo intelligenda.

Iean. 5.

Vltimo cum dicit: { *Quatuor enim modis.*}

determinat quot modis operatur

Deus: & dicit, q̄ quatuor, vt
patet littera, & in hoc

terminetur sentē-

tia presentis

Distinctio

nis.

Q V Æ S T. I.

De opere creationis.



V I A Magister in littera specie liter de duobus facit mentionē, videlicet, de opere creationis, & de materia illa, ut substrata fuit illi operi, ideo de his duobus queremus. Circa opus autem creationis duo queremus. Primo de huiusmodi opere quantum ad creantem. Secundo quantum ad res creatas.

A R T I C. I.

An uerba Geneseos sint ratione posita.

Conclusio est affirmativa.

D.Thom. 1, p.q.46. artic. 3. Guil. Altisiod.lib. 2. senten. q. & tract. 7.



D primum sic proceditur Quæritur quare in opere creationis non dicat Scriptura: Dixit Deus: Creetur cœlum, & terra, & creata sunt, vel facta sunt cœlum, & terra, cum in omnibus aliis operationibus distinctionis, & ornatus scriptura sic loquatur, iuxta illud: Dixit Deus: Fiat lux, & facta est lux: Dixit Deus: Fiat firmamentum, & factum est firmamentum: Dixit Deus: Fiant luminaria, &c.

Et videtur, q̄ in opere creationis magis debat vti his verbis: Dixit Deus, quam in operibus distinctionis, & ornatus. Nam nullum opus creationis potest fieri, nisi a solo Deo, & per solum verbum diuinum, quia solus Deus est Creator rerum, opera autem distinctionis, & ornatus in multis facit Deus per secundas causas, quia multa distinguuntur, & ornatae medianib[us] secundis agentibus, ergo porrissimè in opere creationis debemus vti his verbis: Dixit Deus, id est, verbum genuit, in quo erat, vt fieret.

Præterea: porrissimè in opere creationis debemus de eo consentire, quod suum dicere est tuū facere. In multis autem alijs operibus dicere possumus, quod suum faci est suum facere, vt in hoc distinguamus dicere Dei, & faci Dei: vt suum dicere sit tuū verbum gignere: suum vero faci, sit, quod in verbo concepit, per foris causas, id est, per exteriōres causas explicare. unde datum secundum Augustinum. 5 de Ciuitat.

Dicere, & fa-
ci in Deo
dissent.

circa principium potest dicit vis siderum: vel ordo secundatum causarum, vt quæ Deus in mente concepit, per sidera: & per has Aegid. super ij. Sen. Aaa secun-

Fatum quid
Tomo 5.

secundas causas quasi fatur, id est foris ostendit, & operatur. Potissimum ergo opus creationis debemus referre ad diuinum dicere, quia solus Deus dicendo, & verbum gignendo illud opus operatur.

I N C O N T R A R I V M est, scriptura sacra Gen, de qua dicit Augu. 2. super Gen. quod maior est huius Scripturæ Auctoritas, quam totius humani ingenij perspicacitas. Cum ergo illa scriptura in opere creationis sua sit his verbis: In principio creauit Deus cœlum, & terrā. in alijs vero operibus sua sit: Dixit Deus: Fiat, & factum est, debemus credere, quod totum rationabiliter dictum sit, ut in illo opere creationis non fiat mentio de dicere Dei, sed in alijs operibus de hoc fiat mentio.

Tomo 3.
Auctoritas
sacra scri-
puit quā-
ta sit idem,
in Prologo.
& infra q.2,
al. 4.

R E S O L V T I O .

Dicitur: In principio creauit Deus, non autem dicitur: Fiat, vel Creatur cœlum, quia Deus creauit dicendo; verbum gignendo: quod verbum dicendo, & gignendo fecit lucem, & alia: cunctaque facta sunt in verbo, & per verbum: adde quod informitas materia siebat, quæ verbo disimilis est.

Tomo 3.

R E S P O N D E O, quod August. hanc questionem mouet in primo super Gen. ad litterā circa principium dicens: Cur ita dictum est: In principio creauit Deus cœlum, & terram? Et nō dictum est: In principio dixit, Fiat cœlum, & terra, & facta sunt cœlum, & terra, sicut de luce dixit Deus: Fiat lux, & facta est lux. Assignat autem Augu. duas rationes ad hoc. Quarum prima potest adaptari ad opinionem illam non ita communem, videlicet, quod omnia sunt simul creata, & distincta, quam Aug. videtur magis assertare. Alia vero ratio potest adaptari ad opinionem aliam magis communem, quod omnia fuerunt simul creata in materia informi, sed postea fuerunt distincta, & ornata per opera sex dierū. Nos autem assignabimus etiam rationem tertiam, quæ ad vitranque opinionem poterit adaptari.

Propter primum sciendum, quod cum dicitur: In principio creauit Deus cœlum, & terram. Et postea subdit: Fiat lux, & facta est lux, & dixit: Deus: Fiat firmamentum, non ostenditur ex hoc aliud, & aliud factum: sed per primū dictum ostendit, quod factum est: per alia dicta declaratur modus fiendi. Nam in principio fecit Deus cœlum, & terram. Ibi enim cœlum stat pro cœlo Empyreo, vel per cœlum intelliguntur angeli, quia cœlum Empyreum secundum Bedam, & secundum Sanctos statim cum fuit factum, mox sanctis angelis est repletum. Vel per cœlum intelligitur tota illa moles a globo lu-

Quæst. I.

A nati: supra quam molem fuerunt creati sancti Angeli. Per terram vero intelligitur tota moles a globo lunari infra, id est, omnia haec inferiora elemēta. Est ergo sensus, quod in principio creauit Deus cœlum, & terram, & creauit hoc modo: quia creauit dicendo, & verbum gignendo, quod verbum dicendo, & gignendo fecit lucem, & firmamentum, & omnia alia, quæ explicantur per opera sex dierum. Quia eigo fuit totum simul factum, non potuit totum simul esse dictum. totum ergo fuit simul secundum Augusti num, & factio rerum, & modus fiendi. Sed non potuit totum simul dici, sed prius narratur fabatio, & creatio rerum, cum dicitur: In principio, & ceter. postea per partes explicatur modus fiendi, quia simul cum cœlo, & terra dicendo, & verbum gignendo, fecit lucem, & firmamentum, & alia. Aduertendum ergo, quod iste modus, vel ista ratio, quare non dicitur: In principio dixit Deus, & postea sequitur: In alijs: Dixit Deus, consonat opinioni Augu. ponentis omnia simul facta, & distincta, quæ per Moysen non potuerunt simul esse dicta, & prolatæ. Aduertendum etiam, quod secundum Augustinum primo super Gen, aliter operatur homo, aliter operatur Angelus, aliter Deus. Quia homo operatur motibus corporis, quia mouendo manus, vel pedes, vel alia organa corporis operatur, etiam intelligendo, & volendo non potest operari, nisi motu corporis, quia non potest intelligere, non facta aliqua motione in organo phantastico, quod est organum corporale. Et si non potest intelligere, sine tali motu, non potest euam velle. quia voluntas non potest esse in actu, nisi intellectus: vel virtus apprehensiva sit in actu, quia bonum apprehensum est modum voluntatis. Angelus vero operatur motibus temporis, quia operatur per successionem affectionum, ut si modo operatur unum, postmodum operatur aliud, oportet, quod modo velit unum, modo velit aliud, quod sine successione, & sine motu temporis esse non potest: Vtrum autem tempus illud dicatur æquinoce cum tempore nostro, non est praesentis speculationis. Sed Deus operatur rationibus incommutabilibus, & æternis, quæ sunt in verbo sibi coæterno. ergo cum dicitur: In principio creauit Deus cœlum, & terram, narrantur res factæ a Deo. Cum postea sequitur: Dixit Deus: Fiat lux, i. verbum genuit, per quod factum est firmamentum, traditur modus fiendi, quia hoc modo operatur Deus per rationes incommutabiles, quæ sunt in verbo sibi coæterno. Ecce ergo prima ratio, quare in principio creationis nō oportuit dicere: Dixit Deus, quia dixit Deus, pertinet ad modum fiendi, & in principio omnia fuerunt facta simul secundum opinionem Aug. postea fuit narratus modus fiendi.

C Secunda autem ratio huius diuersitatis, quare non dicitur: In principio dixit Deus: & postea de aliis dicitur: Dixit Deus, tanguntur ab eodem Augustino in dicto libro super Gen.

Homo, An-
geli, & De-
us diues-
mode ope-
rator ex D.
Aug. t. i. id
idem d. 13.
q. 3. artic. 1.

Quare non
dicitur.
Dixit Deus
habet cœlum
& terram.

Gen. quia secundum ipsum primum siebat in formitas materiæ, siue spiritualis, siue corporalis. Tunc ergo non erat dicendum: Dixit Deus: Nec erat fienda mētio de verbo, quod gignitur, & producitur per dicere Dei, quia informitas, & imperfectio dissimilis est à verbo. Ergo quia in principio, quando Deus creauit cœlum, & terram, quia fecit materiam adhuc informem, & imperfectam, non erat fienda mētio de dicere Dei, nec de verbo eius: sed postea, quādo fecit lucem, & firmamentum, & incœpit res perficere, eas distingueendo, vel decorando, fienda erat mentio de dicere Dei, & verbo eius. Nā si informitas, & imperfectio dissimilant verbo diuinio: distinctio, & formositas sunt consona sibi. ista autem ratio consonat opinioni communī, quæ prius ponit materiam informem productā, & postea per interualla 6. dierum dixit eam distinctam, & ornatam.

Possimus autem rationem tertiam assignare, quæ ad opī, vtrāque poterit adaptari. Nam ambæ istæ rationes concedunt, q̄ in prima creatio ne rerum, quæ fuit ante omnem diem, non fit mentio de verbo Dei, sed in alijs operibus, quando distinxit, & ornauit, fit huiusmodi mentio. Nos autem dicere possumus, q̄ in vtraque fit mentio de verbo Dei, nam cum dicitur: In principio creauit &c. secundum vnum modum exponendi, vt August. pluries tangit super Gen. exponetur: In principio, idest in verbo, in quo erant rationes incommutabiles omnium creandorum, Creauit Deus cœlum, & terram, fit ergo mentio de verbo cum dicitur: In principio, idest in verbo, & fit mentio de verbo cum dicitur: Dixit Deus, idest verbum genuit, aliter tamē, & aliter. Nam cum dicitur: In principio, fit mentio de verbo obscure, & occulte. Sed cum dicitur: Dixit Deus, fit mentio de verbo clare, & aperte. quia nihil est aliud dicere, quām verbum formare, vel gignere. Ergo cum arguitur: Quare in principio, quando Deus creauit res, non fit mentio de verbo, sed quando distinxit, & ornauit, fit mentio de verbo; soluemus per interemptionem, quia vtrōbique fit mentio de verbo, primo obscure, & occulte: postea clarè, & aperte. Adiuentum autem, quod ista ratio, siue ista responsio ad vtranque opinionem adaptati potest. Nam siue ponamus res simul esse productas distinctas, & ornatas: siue per hæc sex dierum volumina fuisse facta, semper consonabit, q̄ debebat primo fieri mētio de verbo occulte, & postea clare. Nam & si fuerunt omnia illa simul, illud prius fuit dictum per quoddam inuolucrum, & postea fuit per partes declaratum. Conueniebat itaque, q̄ prius fieret mentio de verbo sub quodam inuolucro, & postea clare ageretur de ipso. si vero illa omnia non fuerunt simul facta, sed prius fuerunt res productæ, & postea per interualla temporum fuerunt distinctæ, & ornatae; consequens est, quod res prius fuerunt occulte in materia productæ, & postea fuerunt per suas species declaratae, & decorate.

Informitas,
& imperfe-
ctio verbo
dissimilia.

Verbi men-
tio obſcuræ,
& aperte.

Verbi men-
tio cur ob-
ſcura prius,
quæ aperte.

A Et quia omnia hæc fuerunt facta in verbo, & per verbum, prius fienda erat mentio de verbo in quadam obscuritate, postea agendum erat de verbo Dei clarè, & distincte.

R E S P. A D A R G. Ad primum dicendū, quod si in creatione potissime fienda est mentio de verbo Dei; quia solus Deus potest creare, & omnia creantur per verbum Dei; patet, quod siue teneamus opinionē Aug. quod omnia simul fuerūt producta distincta, & ornata siue nō: tamen quæ potuerunt simul esse facta, non potuerunt per Moysē, nec per aliquem hominem simul esse dicta, sed prius fuerunt propositæ res factæ in quadam vniuersalitate, & per consequens sub quadam obscuritate: & postea fuerunt per partes propositæ distincte, & clarè, & quia hoc vtrōque modo, videlicet primo obscurè, postea clarè fit mentio de verbo; secundum hanc opinionem primum argumentum est iam solutum. Si vero loquamur secundum opinionem magis communem, quæ est aliorum, magis patet sic esse, vt dictum est, & per hæc patere potest solutio ad secundum.

A R T I C. II.

*An Angeli cum Mundo creati
fuerint.
Conclusio est affirmativa.*

Aegid. supra Distinct. 2. q. 1. artic. 1. D. Thom. 1. p. q. 6. artic. 2. & 3. Et 2. sentent. scri. 2. d. 12. artic. 2. & 3. Item de Pot. q. 3. artic. 18. & 19. D. Bonan. d. 13. artic. 1. q. 1.



E C V N D O quæritur de crea-
tione quantum ad res creatas.
Et quæritur de illa creatione,
quæ explicatur per opera sex
dierum: Vtrum ibi agatur
de productione angelorum.

Et videtur, quod non per Ma-
gistrum in littera dicentem: Hæc de angelicæ
naturæ conditione dicta sufficient: Nunc su-
perest de aliarum quoque rerum creatione, &
principiū de operibus sex dierum &c. Videtur
ergo, quod opera sex dierum pertineant ad alias
res, quām ad naturam angelicam.

Præterea: Dam. 2. lib. cap. 3. loquitur dè
Gregor. Nazianzeno sic ipsum sensisse an-
gelos conditos esse ante omnem generationem, id-
est ante mundum.

Præterea Ecclesi. 1. scribitur, quod prior Eccles. 1.
omnium creata est sapientia, quod Aug. ex-
ponit super Gen. ad litteram de sapientia an-
gelica. Si ergo prior omnium creata est sa-
pientia angelica, ergo creata est ante mun-
dum.

Aegid. super ij. Sen. Aaa 2 Præ-

Præterea. Isid. primo de summo bono. cap. 10. ait, & hæc sunt verba eius: Ante omnem mundi creationem creati sunt angelii.

Cœcua quatuor corpora. IN CONTRARIUM est, quod communiter ponuntur quatuor corpora, videlicet cœlum Empyreum, Natura angelica, Tempus, & illa Materia informis.

Præterea: Beda loquens de cœlo Empyreo dicit, quod mox, quod factum est, sanctis angelis est repletum. Non ergo ante, sed simul cum cœlo Empyreo, & simul cum mundo creati sunt angelii.

R E S O L V T I O .

Angeli cum Mundo creati sunt. Idque ex partiū mundi in se, & ad Deum ratione congruebat. De ipsis autem in Genesi mentio non, nisi figurativa locutione ob Populi ruditatem, facta fuit.

Mundi creatio ante omnem diem. RESPONDEO dicendum, quod in illis operibus sex dierum creatus est mundus, & omnia, quæ sunt in mundo. Vel si volumus loqui secundum modum Sanctorum, ante omnem diem creatus est totus mundus, & omnia quæ sunt in mundo, vel secundum se, sicut angelii, & cœlum Empyreum: vel informem materiam, ut alia corporalia postea per dies sex sequentes ex illa informi materia res fuerint producētæ indistinctæ, & ornatae. Cum ergo queritur: Vtrum in illa creatione, quæ postea ordinatur per opera sex dierum, creati sint angelii: vel quod idem est, vtrum simul cum mundo creati sint, dicere possumus, quod vel quæritur; quid factum fuerit, vel quid fieri potuerit, vel quid congruum fuerit fieri.

Angeli simili mundi. **Gen. 1.** Quantum ad primum sic queratur de hoc, quid factum fuerit, ad hoc potest esse triplex dubitatio, vel quantum ad tem factam, idest virtutem ipsa res, quæ est natura angelica, sit facta cum mundo: vel quantum ad modum fiendi, ut virtus sit facta eo modo, quo factus est mundus: vel quantum ad Scripturam sacram, vtrum Scriptura sacra, cum loquitur de factione mundi, loquatur de factione angelorum. Propter primum sciendum, quod ipsa natura angelica facta est simul cum mundo. Vnde Augu. primo super Gene. exponens multis modis illud: In principio: Primo, pro principio, idest pro initio temporis. Secundo pro principio, idest ante omnia. Tertio pro principio idest verbo diuino: ait, quod in huiusmodi principio creavit Deus cœlum, & terram, idest omnem corporalem creaturam, & spiritualem. In multis etiam alijs locis adaptans ista duo: cœlum, & terram, dicit, quod in principio creavit Deus cœlum, & terram, idest angelicam naturam, & terram: idest illam informem, & confusam materiam. Magister etiam in praesenti Distinctione in pluribus locis in littera dicit, in principio creasse Deum cœlum, idest angelos, & terram, idest materiam quatuor elementorum, vel tamen illam informem materiam. Quare si

A in principio, idest in initio temporis, & ante oīa, & in verbo creavit Deus cœlum, & terram, idest angelos, & omnem corporalem creaturam, idest superiorum inferiorem, & interiorum idest medium, ut idem Aug. ait in principio super Gen. cum per corporalem creaturam intelligatur mundus, vel in omni corporali creatura intelligatur siue includatur mundus, patet angelos factos in initio temporis esse simul cum mundo. Quantum ergo ad ipsam rem factam, i.e. quantum ad ipsam naturam angelicam prout est facta: pater, quod est facta simul cum mundo. Quantum etiam ad modum fiendi, aliquā similitudinem habet in factione mundi, quia sicut mundus factus est cum informi materia, & postea fuit mundus formatus distinctus, & decoratus, sic ipsa natura angelica prius facta fuit informis, & tenebrosa, postea cōuersa ad Creatorem, facta est luminosa. Vnde Augu. in eodem super Gen. ait, quod utraque in formis materia: spiritualis, & corporalis dicta est cœlum & terra: & subdit, quod spiritualis vita in se, non cōuersa ad Creatorem, simple, intelligitur per cœlum in principio factum. Et idem ibidē dicit, quod per tenebrosam abyssum intelligamus naturam vitæ spiritualis informem. ergo sicut mundus prius fuit informis, & postea formatus: sic natura angelica prius fuit tenebrosa, & informis, postea formata fuit & lucida. Vnde idem Aug. 12. Confess. per cœlum in principio factum intelligit naturam angelicam. Postea in 13. per factiōnem lucis intelligit illuminationem angelicæ naturæ, ergo sicut prius fuit factum cœlum, & postea fuit facta lux: ita prius fuit facta natura angelica, & postea fuit illuminata.

B **Tome I.** Viso quomodo ipsa res, quæ est natura angelica, fuit simul facta cum mundo: & habito quomodo modus factiōnis angelicæ assimilatur modo factiōnis mundi; volumus ostenders tertium per comparationem ad Scripturam sacram. Vtrum Scriptura facta: cum tractat de creatione mundi, tractet de creatione naturæ angelicæ. Ad quod dici potest: Aut loquimur secundum se, & in propria forma, aut figurativè, & sub alio nomine. Si loquimur secundum se, & in propria forma, Scriptura facta, & specialiter Scriptura Gen. nullam mentionem facit de angelis, quia Moyses loquebatur secundum August. populo tudi, & grossi, ideo non est locutus ei de angelis sub propria forma, quia non potuisse hoc capere. Sed si loquimur de angelis locutione figurativa, & sub specie alia, sic in ipsa Scriptura Gen. fit mentione de angelis, quia per cœlum intelliguntur angelii ad creatorem nondū conuersi: per lucem factam prima die intelliguntur angelii per creatorem illuminati: & ad creatorem iam conuersi. Vnde tanta creditur fuisse morula inter angelos creatos, & angelos factos tenebras per peccatum a Deo auersos, & angelos factos lucem per gratiam ad dominum conuersos: quanta fuit morula inter creationem cœli, per quod signatur angelii ibidem creati: & inter crea-

Angelorum
ti sunt no-
du simili,
quo factus
est mundus.

Tome I.

To. I.

Angelorum
mentio in
Genesi que
modo.

D **Pluma in-**
ter crea-
nem, & la-
plum. Dicitur in littera dicit, in principio creasse Deum cœlum, idest angelos, & terram, idest materiam quatuor elementorum, vel tamen illam informem materiam. Quare si

Artic.

II.

525

creationem lucis diuisè a tenebris , per quam lucem intelliguntur Angeli iam conuersi , & per tenebras Angeli auersi .

Angeli ante , & post modum an potuerint creari.

Postquam declarauimus quātum ad id , quod factum fuit de productione Angelorum per respectum ad productionem mundi , quantum ad rem factam , & quantum ad modum fiendi , & quantum ad scripturam sacram , volumus declarete hic non solum quantum ad id , quod factum fuit , sed quantum ad id , quod fieri potuit . sic enim factum fuit , & sic se habuit veritas , quod Angelii facti fuerunt cum mundo . Et modus factio[n]is Angelorum assimilatur modo factio[n]is mundi . Volumus tamen de hac materia loqui quantum ad id , quod fieri potuit . Nulli enim dubium est , quod potuerunt fieri post mundum , potuit enim Deus etiam tempore , vel duratione prius creare mundum , & potea creasse angelos , sed forte dubium videretur : Vtrum potuissent creari Angelii ante mundum , loquendo de ante duratione , & tempore , ita quod per aliquam moram creatio Angelorum praecessisset creationem mundi . Videretur namque forte aliquibus hoc fieri non posse , quia sicut Angelii non possunt fieri de nihilo materialiter , vt quod ipsum nihil fiat Angelus , sed possunt fieri de nihilo ordinaliter , idest post nihil , vt postquam Angelus erat nihil , fiat aliquid , & fiat Angelus ita , vt videntur , non potest fieri Angelus in nihilo localiter , vt quod ipse Angelus fiat in nihilo , & quod nihil sit locus Angelii . quare si Angelii fuerunt facti ante mundum , fuerunt facti in nibili , cum nullus locus esset , vbi esse possent . Aduertendum ergo , quod Angelus non indigeret loco ad sui esse , quod enim res spiritualis substantia non indigeret loco , in quo sit , non solum est verum , sed etiam est communis animi conceptio apud sapientes , iuxta illud Boet . Communis animi conceptio apud sapientes est spiritualia in loco non esse . Ad hanc ergo veritatem declarandam dicamus , quod tria dicuntur de locato per comparationem ad locum , videlicet , quod locatum est aequale suo loco , & econuerso .

Liber 4. phys. t.c. 13. & 30.

T.c. 4.

Seundo dicitur de locato , quod conseruantur in suo loco , quod potissimum intelligendum est de suo loco proprio , vt graui conseruantur deorsum , & levia sursum .

T.c. 30.

Tertio dicitur de locato , quod quiescit in suo loco . Nam propter hoc locatum mouetur ad suum locum , vt quiescat ibidem . Secundum autem haec tria possunt accipi illa tria , que in 4. Physico . ponuntur in diffinitione loci , videlicet , quod locus est ultimum continentis immobile . Locus quidem est quid ultimum propter adæquationem ad locatum . Nam si aliqua res esset in aere ; & aer , v[er]o est corpus , esset locus illius rei , locus esset maior locato , & si recederet illa res , cum huius loco esset quid maius seipso , aer ergo , vt est corpus , non habet rationem loci ; sed ultima superficies aeris immediate attingens rem , quæ est in aere , est locus huius rei : ita quod si res

A sic locata recederet cum suo loco , & huiusmodi ultima superficie , non esset quid maius , quam esset prius , ita q[uod] locus est quid ultimum propter ad æquationem ad locatum .

Secundo locus est ultimum continentis propter conseruationem , vt quia habet conseruare locum : vt si sit aliqua res in loco , vbi est apta nata contineri , magis conseruatur ibidem , quam alibi .

Tertio locus est ultimum , continentis immobile propter quietationem . nam propter hoc mouetur locatum ad locum , vt quiescat in loco , quare si locus secundum , quod huiusmodi esset quid mobile , non esset ibi quies . Et inde est , quod si nauis sit in flumine , & sit ligata ad stipitem , magis totus fluvius habebit rationem loci , quam pars flouij . nam sic ligata semper erit in eodem loco , quia semper habebit eundem ordinem ad totum fluvium , non autem habebit eundem ordinem ad partes flouij , quæ semper successivæ fluunt sub ipsa . His visis , dicamus , quod æqualitas locati ad locum requiritur propter magnitudinem locati , vt tantus sit locus , quantum est locatum . sed conseruatio , & quies locati , in loco requiritur propter indigentiam locati . Et ideo locatum mouetur ad locum , vt contineatur ibi : & ex hoc conseruetur , & quiescat ibi , quia propter conseruationem , & quietem locatum indiget loco .

Arist. 4. phys. sicut c. 41.

Loci fresco ditiones no cessavit .

C Omnia autem ista tria concludunt , quod vel est impossibilitas Angelorum ad locum , vel est nulla necessitas eorum ad locum , nam quantum ad commensurationem , & æquationem locati ad locum , impossibile est Angelos esse in loco , quia res spiritualis rei corporali , & catena magnitudine molis , habenti quantitatem molis æquari non potest , & secundum hoc verificatur illud dictum Boetij , esse cōmē conceptionē animi apud sapientes , spiritualia in loco non esse . non enim spiritualia sunt in loco , nec æquātur loco , quod est proprium his , quæ sunt in loco : sed sunt in loco , quia applicant virtutem suam ad locum , vel quia operantur in loco . Vnde de spiritualibus cū dicimus ; hic sunt ; propriè loquendo , deberemus dicere : hic operantur , vt vult Dam . I . libr . ca . 16 .

Angeli loco corpores no indiget .

D

Quantum vero ad secundum , & tertium , vt quia mouentur ad locum , vel quia quietant in loco , si volumus hoc ad spiritualia referre , dicimus , q[uod] locus spiritualium est ipse Deus , ad eum enim mouemus , & in ipso quiescimus . Iuxta illud Ang . circa principium Confes . Ad te nos fecisti domine , & inquietum est cor nostrum , donec requiescat in te . Et iuxtra illud Aug . 12 . confess . Quod est amor in spiritualibus , hoc est pondus in corporalibus . Et idem ibidem ait : Amor meus , pondus meum , è te feror , quocunque feror . Spiritualia ergo indigent loco , vt conseruentur in loco , q[uod]a indigent Deo , vt conseruentur in Deo . Ipsi è spiritu peruersi conseruari non possunt , nisi si in Deo : & nulla creatura conseruari potest , nisi in ipso . oībus quidē , quibus indigent spiritualia , indigent & corporalia , & non econverso . vt si spiritua-

Tomo 1.

Tomo 1.

Alia indigent Deo, ut conseruentur in Deo, sed si aliqua corporalia indigent aliquo corpore, ut conseruentur in eo: spiritualia vero, & potissimum angelii nullo indigent corpore, ut conseruentur in ipso. Ipsæ etiam animæ nostræ, licet

Arimus hu-
mant an
corpo in-
digant.

T. c. 21.

Tomo 1.

Angeli quo
corporali
quo modo
indigant.

Felicitas a
nime prin-
cipaliter in
anore.

sint formæ corporis, ut creentur in corpore, tamen, simpliciter loquendo, non indigent corpore, ut conseruentur in ipso. Immo separantur a corpore, sicut perpetuum a corruptibili, ut patet 2. de anima. Indigent enim animæ nostræ corpore ad quietandum appetitum naturalem, quem habent ad administrandum corpus, iuxta illud August. 12. super Genesi, circa finem. Quod inest animæ separatae quidam appetitus administrandi corpus: quo appetitu retardatur quodammodo: ne tota intentione perget in ipsum summum cœlum. Anima itaque beata separata a corpore propter appetitum naturalem, quem habet administrandi corpus: eo appetitu retardatur aliquid in beatitudine sua, ne omnino feratur in illud suum cœlum, id est in Deum. Animæ ergo nostræ non indigent corpore, modo, quo dictum est: sed angeli nullo ictorum modorum indigent corpore, quia nec conseruantur in corpore, nec habent naturalem appetitum ad administrandum corpus, nisi naturalitas appetitus referatur ad obedientiam Creatoris, ut in tantum habent naturalem appetitum administrandi corpora, ut puta mouere cœlos, & alia corporalia; in quantum ad hoc ordinantur ex obedientia Creatoris, cui ut beati sint, naturaliter appetunt obedire, quia omnis virtus secundum Damascenum est secundum naturam: & vitium contra naturam.

Redeamus ergo ad ppositum, & dicamus, q̄ quantum ad commenurationem, & adæquationem locatorum ad locum nullo modo angelii possunt ordinari ad locum: vt autem conseruentur in loco, nullo modo indigent corpore, vel aliquo corporali loco, sed vt moueantur, & quiescant in loco: sic non corpus aliquod, sed solus Deus est eorum locus, ad quem non nisi per amorem mouentur, & quiescent. Præsupponit enim motus ille cognitionem, sit enim per amorem, vt sicut grauiam mouentur, & quiescent in loco per pondus: sic spiritus per amorem quiescent in Deo. Ex his autem patet potest, in quo sit felicitas principaliter animarum, & angelorum, quia in amore. Nam si grauiam possint esse beata, beatitudo eorum est ex eo, quod mouentur ad centrum, & quiescent in centro. Et quia hoc sit per pondus, vel per gravitatem, consequens est, quod per pondus, & per gravitatem contingere ea esse beata. Sic quia animæ, & angelii mouentur ad Deum, & quiescent in eo per amorem, in amore principaliter consistit eorum felicitas, cum amor in spiritualibus sit id, quod pondus in corporibus. Ex his autem manifeste colligitur, quod angelii potuerunt esse ante mundum, quia nullo modo possunt ordinari ad locum corporalem, ut adæquentur ad ipsum, & nullo mo-

do indigent loco corporali, ut conseruentur, & quiescant in ipso.

Habito utrum angelii fuerint creati cum mundo, quantum ad id, quod factum fuit, & ostensio utrum necesse fuerit eos sic creati, quantum ad id quod fieri potuit; Volumus declarare tertium: Utrum fuerint sic creati, quantum ad id, quod fieri congruit. Possumus autem assignare triplicem congruentiam, quod congruum fuit eos creari cum mundo, ut sit Una congruētia ex connexione partium vniuersi. Secunda ex ordine huiusmodi partium in se. Tertia ex ordine talium partium ad Deum.

B Prima congruentia sic patet: Nam si non fuissent creati angelii simul cum mundo, non fuissent a principio connexæ partes vniuersi. Cum ergo principalior pars vniuersi sint spirituales substantiae; congruum fuit, ut ab ipso primordio mundi crearentur angelii cum mundo, & essent connexi mundo, ut ab ipso huiusmodi exercicio partes vniuersi essent connexæ, & ipsa spiritualia connexa essent corporalibus creaturis.

Secunda congruētia sumitur ex ordine ipsorum partium vniuersi ad se inicem. Nam secundum Aug. 3. de Trinit. per corpora superiora reguntur ista inferiora: & per spiritualia secundum ipsum ibidem reguntur corporalia omnia. ut ergo iste ordo seruaretur, congruum fuit, quod ab ipso principio simul cum corporali creatura crearetur spiritualis, per quam administranda erat corporalis. Ex quo una pars vniuersi per aliam administranda erat, congruum

To. 3. c. 5.

C fuit, ut simul crearentur, cum per unam sine alia huiusmodi administratio, vel huiusmodi regimen, vel gubernatio esse non posset. Quod si dicatur, quod creatura spiritualis non statim a principio mundi incœpit administrare, vel regere corporalem; dicimus: si non statim incœpit eam administrare, statim incœpit eam decorare, quia mox, cum creatum est cœlum Empyreum, tandem angelis est repletum ornantibus, & decorantibus ipsum. Quod si angelii a principio non fuerunt sancti quantum ad gloriam (quia a principio non sunt creati beati) fuerunt sancti quantum ad innocentiam, quia omnes creati sunt innocentes: & si ipsam innocentiam vellemus accipere pro quadam beatitudine, a principio omnes creati sunt beati, id est innocentes. Ex his ergo duobus a principio simul cum mundo fuerunt creati angelii, ut a principio mundum decorarent, & a principio simul cum eis creaturi esset, qd debebant administrare, ut postea iubete Deo, administrarent, & gubernarent illud.

D Tertia quidem congruentia est ex ordine partium vniuersi ad Deum, quia, ut concludit Philosophus 12. Metaphysicæ, totus mundus id est omnis creatura spiritualis, & corporalis est unus principatus: & Deus est unus Princeps istius vniuersi principatus. ut ergo Deus unus princeps toti vniuerso principaretur, id est spiritualibus, & corporalibus creaturis; congruum erat,

ut totum

T. c. 55.

Angelos si-
mili cum
mundo crea-
tos esse an
congruum
fuerit.

vt totum simul crearetur spiritualis, & corporalis creatura.

R E S P. A D A R G. Ad primum dicendum, quod opera sex dierum dicuntur alia à productione spiritualium creaturarum, quia in propria forma, & sub proprio nomine inter opera sex dierum, vel in creatione mundi, quod fuit ante omnem diem, non agit de spiritualibus creaturis: figuratiue tamen, & sub nomine corporalium agitur de eis, quia per creationem cœli: quod potest intelligi de cœlo empyreo, signatur creatio Angelorum, quia illud cœlum mox creatum Sanctis Angelis est repletum. Per productio nem vero lucis potest intelligi perfectio spiritualis creaturæ, quia cum facta est illa lux conuersa est spiritualis creatura ad Deum, iuxta illud Aug. 1. super Gen. Ipsa intellectualis vita, quæ nisi ad Creatorem illuminanda conuerteretur, fluctuat in informiter: conuersa autem illuminata est.

Ad id autem de Gregorio Nazianzeno Angelii creati ante mundum: Et ad illud de Ecclesiastico, quod prior omnium creata est Sapientia, idest, intellectus Angelicus. Et ad illud de Isido, quod ante omnem mundi creationem creati sunt Angelii; Dicere possumus, quod omnes iste prioritates accipiendæ sunt non ordine temporis, sed ordine dignitatis, vnde Isidorus: cum dixisset, ante creationem mundi creati sunt Angelii; Subdit, qd ante omnem creationem Angelorum conditus est Diabolus, & exponit se, quod istud prius fuit, ordine prelationis, non temporis quantitate, idest, fuit prius dignitate, non tempore, vnde si cut Angelii, vt dicit August. 1. super Gen. sunt superiores cœlis, non loco, sed sublimitate naturæ. ita dici potest, quod Angelii creati sunt priores cœlis, non tempore, sed dignitate naturæ.

Q V Ä S T I O II.

De opere creationis.



O S T E A quæritur de opere creationis, vt comparatur ad tempora, & ad dies. Et circa hoc quæruntur quatuor. Primo quæritur de opere creationis, vt comparatur ad tempus, prout ipsis comparatur ad alia coœua. Et erit quæstio, virum in illo primo opere creationis, fuerit dare tantum illa quatuor coœua, non plura, neque pauciora. Secundò quæritur de illo tempore, qd fuit in primo opere creationis: Virum sit idem cum in isto tempore, vel sit sumptum æquiuocè per comparationem ad istud tempus. Tertio quæritur de opere creationis per comparationem ad tempus: Virum illud tempus fuerit in tempore, vel quomodo le habuerit ad tempus. Quarto quæritur de opere creationis per comparationem ad dies, sic enim proponebatur supra in questionibus, quod quærendum erat de opere creationis per compa-

A rationem ad tempora, & ad dies. Quæritur enim de opere creationis per comparationem ad dies, de quibus fit mentio post illud opus, quomodo se habeat ad illos dies.

A R T I C. I.

An in opere creationis quatuor coœua recte assignentur.
Conclusio est affirmativa.

D.Tho. 1.p. q. 66. artic. 3. Et 2.scri. 2. fenten. d. 12. q. 1. artic. 5.



B D primum sic proceditur: & videtur, quod in illo primo opere creationis incompetenter assignentur quatuor illa coœua: videlicet, Cœlum Empyreum: Natura angelica: Materia in formis, & Tempus. Nam tempus est mensura rerum corporalium, nam secundum Augustinum, ubi cuncte tractat de hac materia: a corpore incepit tempus, nam in productione corporum nulla fuerunt tempora, sed sicut corporibus assignatur tempus, sic assignatur & locus; fuerunt ergo quinque coœua.

coœua qua
tum.

C Præterea tempus est quoddam accidens, vt cō muniter arguitur, quia est passio primi motus, vt vult Philosophus in 4. Physic. sed in illo primo opere creationis fuerunt alia multa accidentia concreata præter tempus, ergo præter illa quatuor multa sunt alia coœua.

T.c. 98. 102.
130.

D Præterea tempus complementum suum habet ab anima, quia secundū Philosophū in 4. Physic. Tempus est numerus motus secundum prius, & posterius, quod exponens Commentator dicit: Toile animam numerantem, non remanet nisi motus, & res mota, cum ergo in illo primo opere creationis, quod fuit ante omnem diem, non fuerit producta anima, quæ creditur fuisse producta in 6. die, quando formauit Deus hominem, iuxta illud: Formauit Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem: ergo, quia non erat adhuc anima numerans, non erat adhuc tempus, quando erant alia coœua.

T.c. 102.

E Præterea tempus est numerus motus primi mobilis: sed primum mobile videtur esse firmamentum, quod fuit factum secunda die. ergo in primo opere creationis non fuit tempus, & per consequens non fuit unum de quatuor coœuis.

Gen. 2.

F IN CONTRARIUM est Beda, & alii Sancti, qui assignant præfata quatuor coœua.

RESOLV T I O .

*Cœua quatuor simul natura creata fuerunt: hoc est,
Cælum Empyreum:
Natura Angelica:
Materia informis, & Tempus.*

R E S P O N D E O dicendum, quod ponendo quatuor cœua, oportet nos loqui secundum communem opinionem Sanctorum, secundum quam omnia sunt facta simul in materia, sed non omnia fuerunt distincta per formam, oportet ergo ex verbis Gen. omnia ista sumere, quia communis opinio Sanctorum se conformat Gen. prout sonat ibi littera, Ibi enim non sit mentio de natura angelica directe, quæ est primum coeum, sed sit mentio de cœlo, & de terra, de abysso, & de tenebris, de aquis, & de spiritu Domini, qui ferebatur super aquas. Per cœlum itaque intelligitur secundum coeum: Per terram, abyssum, & aquas, intelligitur tertium cœuum, scilicet materia informis, quæ multis nominibus est nominata, qui multa inde fienda erant: vel quia si uno nomine nominaretur tantum, vnum crederetur illud esse, per quod illud nomen significatur, & non erat vnum aliquid, sed erat multa in quadam confusione, & indistinctione. Per spiritum Domini, qui ferebatur super aquas, possumus intelligere tempus, quod est quartum cœuum. nam spiritus Domini ferebatur super aquas, non quod ferasatur in se, sed dicitur ferri super aquas, quia fecit aquas illas ferri, labi, & moueri, ferebatur ergo spiritus Domini non in se, cum sit Deus, apud quem non est transmutatio, sed in suo effectu ferasatur super aquas, à principio ergo fuit cœlum, materia informis, & motus: sed motus non potest esse sine tempore, ergo a primo principio fuit tempus.

Materia cur
multis mo-
dis appella-
ta.

Spiritus Do-
mini fereba-
tur super a-
quas.

Angelorum
mentio cur
r. Gen. non
sit.

Angeli ce-
lo figurati
Tomo 1.

Argeli a-
bysso figu-
rati.

Primum autem cœuum videlicet natura angelica, quæ in dignitate precedit omnia alia, sub proprio nomine in Gen. non est posita, quia populus, cui loquebatur Moyles, erat, vt diximus, crudis, & grossus, & spiritualia capere non valebat, sed per corporalia dabantur eis intelligi spiritualia. Fit autem mentio in Gen. de quatuor corporalibus, videlicet de terra, de abysso tenebrosa, de aquis, & de cœlo. Per terram autem non possunt intelligi spiritualia, quia prima materia dicta est terra, cum esset informis, quia secundum Augustinum, vt habetur in littera, inter omnia elementa est minus speciosa: angelica natura inter omnia creata est magis speciosa, & formosa, & adeo sunt formosi Angeli, quod etiam sunt ipsæ forme, nā quilibet Angelus est quædam forma, & quædam substantia separata. Per quodlibet autem aliorum trium potest intelligi angelica natura. Nam per cœlum possumus intelligere eam iuxta illud August. I. sicut Gen. In principio creavit Deus cœlum, idest angelicam naturam.

Rursus per abyssum tenebrosum possumus intelligere etiam spiritualem creaturam, Vnde

Quæst. II.

A Augu. circa principium super Gen. Tenebrosum abyssum intelligimus naturam vitæ spiritualis, nisi conuertatur ad Creatorem, idest non conuersam ad Creatorem. quo solo modo, suppleretur conversionem ad Creatorem formari potest, vt non sit abysmus: & illuminari, vt non sit tenebrosa.

Tertio & per aquas, de quibus fit mentio in principio Gen. possumus intelligere Angelos. nā cum dicitur: Fiat firmamentum in medio aquarū, & dividat aquas ab aquis, non potuit firmamentum illud, quod postea vocatum est cœlum, dividere aquas ab aquas, nisi diuideret aquas, quæ sunt super cœlum, ab aquis, quæ sunt sub cœlo. nec diuisit alias aquas, quam illas a principio factas. ergo a principio fuerunt factæ aquæ, quæ sunt super cœlum, sed per huiusmodi aquas possumus intelligere Angelos, iuxta illud Augu. 12. Confess. Sunt autem alias aquæ super hoc firmamentum, credo, immortales, a terrena corruptione separate, laudent nomen tuum, scilicet illi, qui laudant te supercelestes populi Angelorum. Secundum ergo August. per aquas super cœlis possumus intelligere supercelestes populos Angelorum.

Argeli 1.
quis figura.

Aqua super
cœlos, quid.

B Aduertendum autem, quod per omnia hæc tria signantur corpora, quia per cœlum signatur cœlum empyreum, quod est corpus: vel signatur a globo lunari supra, quod est etiam quid corporeale. Per abyssum tenebrosum possunt signari illa tria elementa, vel materia illorum trium elementorum, quæ est inter globum lunarem, & terrâ.

C Per aquas vero potest signari sequendo communem opinionem Sanctorum tota illa informis materia, quæ erat inter cœlum Empyreum, & terram, quæ in formis materia secunda die fuit diuisa in tres partes, quia fuit inde factum firmamentum, idest cœlum sidereum, quod diuisit inter aquas superiores, idest, crystallinū, & alias aquas, per quas possumus intelligere materiam illam in formem, quæ erat sub firmamento, idest sub cœlo sidereo. Quodlibet ergo illorum trium sub proprio nomine signat aliquod corpus, sed figurativè signet Angelos. Nec dubitare possumus quod simul cum mundo sint creati Angeli, dicente Scriptura sacra, Ecclesiast. Qui vivit in æternum creavit omnia simul. Omnia ergo illa quatuor, quæ dicimus coeua, simul creata sunt: videlicet Natura angelica, Cœlum Empyreum, Materia informis, & Tempus.

Argeli si-
gnificatio
modo creati.
Ecclesi. 11.

D R E S P. A D A R C O. Ad primum dicendum, quod locus comprehenditur per cœuum, quod vocamus cœlum Empyreum. nam cum locus sit ultimum continens, & ultimum cœli Empyrei contineat omnia alia corporea; consequens est, quod locus comprehendatur sub cœlo Empyreo.

Aduertendum ergo, quod quando loquimur de quatuor coevis, intelligimus quatuor res, quarum una non continetur sub alia, & una est diversa ab alia, nam natura angelica est diversa a cœlo Empyreo: & cœlum Empyreum est quid diversum ab illa materia informi, quæ ferebatur, & moue-

Vide Tho.
Arg. 2 sent.
d. 12. q. 2.
artic. 21.

mouebant per spiritum Domini, & etiam illa A
materia erat diuersa a suo motu, vnde accipieba-
tur ratio temporis: & ex his, vt pater, accipiuntur
illa quatuor coœua.

Ad secundum dicendum, quod omnia produc-
ta fuerunt simul a principio secundum suas for-
mas substanciales: vt terra habebat suam formam
substancialem, sed non apparebat, quia erat iniusti-
bilis, & incomposita: & aqua, & aer habebant
suas formas substanciales, sed habebant quandam
commixtionem ad iniucem: sicut & nunc aqua,
si se immiscuerit aeri facit aerem nebulosum, &
turbidum: & sicut habebant elemēta suas formas
substanciales, sic habebant sua accidentia, prout
competebat ea habere pro illo statu, ideo sub no-
mine materiæ informis comprehenduntur accidentia.
Sed si queratur, quare specialiter fit mentio
plus de tempore, quam de alijs accidentibus, di-
cere possumus, quod hoc fecerunt ad elidendum
errores Philosophorum ponentium tempus non
incepisse, quia secundum eos nunquam fuit in-
stantis: quod non fuerit finis præteriti: & secundū
eos nunquam finietur tempus, quia nullum erit
instantis, quod non sit initium futuri, ideo ponunt
Sancti tempus esse unum de quatuor coœuis,
quia tempus incœpit in aliquo instanti, ante quod
nullum fuit tempus, & finietur in aliquo instanti,
post quod nullum erit tempus, quia cessabit
motus cœli.

Ad tertium dicendum, quod tempus comple-
mentum suum habet ab anima numerante, &
cum non erat anima humana numerans, erat ani-
ma mundi, idest Deus, qui sicut ethera firmabat
sursum, & librabat fontes aquarum, sic numera-
bat prius vel posteriorius, in motu illo primo, per
quod complebatur ratio temporis. erant etiam
Angeli, qui ista numerare poterant.

Vel possumus dicere, quod scriptura divina
nō curat de istis ampullosois verbis Philosophorum,
nec de sublimitate sermonis, nec de sapientia
verbi, sed de ipsa re tantum. Sufficiebat ergo
Sanctis, quod esset tempus secundum quod
est in re tantum, ad hoc, quod dicerent tempus
esse unum de quatuor coœuis.

Ad quartum dicendum, quod firmamentum
sive celum sidereum non est primum mobile, &
tempus non est passio motus firmamenti. Quid
autem sit primum mobile, & quomodo tem-
pus, de quo loquimur est passio primi mobilis, i-

sequentique patebit. vbi queretur:
verum tempus, quod numeratur de
quatuor coœuis, æquiuocè se
habeat ad tempus, quod
est modo, de quo Phi-
losophi sunt
locuti.

ARTIC. II.

*An tempus ex quatuor coœuis, Eg
quod nunc est, sint idem.
Conclusio est affirmativa.*

Aegid. de mensura Ang. q. 1. & 6. Et t. p. Hexam. cap. 13.
& 19. item 4. Physic. lect. 28. T. c. 130. D. Th. 1. p. q. 66.
art. 4. Alb. Mag. de æter. Aeuo, & tempore. q. 3. art. 12.
Ioan. Grand. 4. Phys. q. 2. 28. Capr. 2. sent. d. 2. q. 2. lueſſ.
4. Physic. Comment. 113.



E C V N D O queritur de tempo-
re, quod fuit in primo opere
creationis, & quod fuit unita
de quatuor coœuis: Vt rursus que-
rit unum cum tempore, quod est
modo, vel dicatur æquiuoce per
cōparationem ad istud tempus. Et videtur, quod
fuerit idem, sed dicatur æquiuoce, quia tempus,
quod est modo, est passio primi rebus, vel est pas-
sio motus primi mobilis: sed primū mobile non
erat tunc distinctum ab alijs mobilibus, vel non
erat illud mobile sub propria forma, & per con-
sequens non erat motus eius sub propria forma,
vel sub forma, sub qua est modo: ergo nec tempus
erat illud idem, quod est modo, sed sumitur tem-
pus æquiuoce ab eo, quod est modo.

Præterea dies, & nos sufficienter dividunt te-
pus, sed dies & nox fuerunt facta prima die, quan-
C de Deus creauit lucem, & diuisit lucem a tenebris,
& lucem appellauit diem, & tenebras noctem, vt
habetur Gen. 1. sed mundus fuit factus ante om-
nem diem, vt habetur in littera, ergo fuit factus
ante omne tempus.

Præterea Aug. 12. Confess. ait: Tu Deus ipse TOMO I.
Doctor famuli tui Moysis, cum te commemo-
rat fecisse in principio cœlum, & terram, tacet de
tpibus, silent de diebus, per quod innuit Augu. q
mundus fuit factus ante omne tempus, & ante
omnem diem: ergo &c.

Præterea videatur, quod tempus fuerit factū quar-
ta die, iuxta illud Gen. 1. Fiant lumin via in firma-
mento celi, & diuidant diem à nocte, & sint insi-
gna, & tēpora, & dies, & annos. sed hoc fuit quar-
ta die, quia sequitur in littera: Et factum est vespe-
re, & mane dies quartus.

Præterea quod nihil est, fieri non potest: sed
tempus nihil est, cum partes temporis nihil sint:
partes temporis sunt præteritum, & futurum; sed
præteritum iam non esse futurum, nondū est, ergo
de tēpore nihil est. sed de quo nihil est, ipsum
quoque nihil est: ergo tempus nihil est. sed quod
nihil est, fieri non potest: ergo &c.

Præterea si de tempore est aliquid, non est ni-
hil quod est præsens, sed de tēpore nisi est præsens,
quia si esset aliquid præsens, quod in præteritū
non transiret, iam non esset tempus, sed æterni-
tas, vt vult Aug. 11. Confess. De tempore ergo non
est

est nisi instans, vel non est nisi, quod nunc semper fluit, & cœrit, iuxta illud Boetij: Nunc stans facit æternitatem, nunc currens facit tempus. Si ergo de tempore non est, nisi nunc, & nunc non de tempore, sed est initium: vel finis temporis, consequens est, quod de tempore nihil sit, & qd ipsum nihil sit: & per consequens, quod fieri non potuerit.

IN C O N T R A R I V M est Aug. de Civit. Dei, libr. I, c. 6. dicens, quod proculdubio non est mundus factus in tempore, sed cum tempore. Et idem eo, lib. c. 7. Factus est cum tempore mundus sed eum non sit, nisi unum, & idem tempus omnium temporalium, consequens est, quod illud idem tempus, quod est modo, fuerit etiam quando factus est mundus.

Vtr. Præterea, si non esset illud idem tempus, quod est modo, & cum quo factus est mundus, sicut non sed tulla eadem accidentia, cum materia illa inserviunt & modo, non esset alia ratio de tempore, quam de alijs accidentibus, ergo sicut accidentia alia non computantur inter coæua, sic nec tempus computari debet: vel si computari tempus, debent & alia accidentia computari, sicut ratum, & spissum, & alia accidentia quæcunque erant, essent ergo, hoc posito, plura, quam quatuor coæua, quod est contra Sanctorum dicta.

R E S O L V T I O.

Tempus in opere creationis primo idem cum nostro esse non dubitamus.

Arist. 4. Phys.
T. c. 101.

RE S P O N D E O dicendum, quod aliqui, & magni dixerunt, quod tempus, quod nunc est, incepit secunda die, quando factum fuit firmamentum. Volunt enim, quod motus, super quo fundatur tempus, fuerit factus illa secunda die: sed istud stare non potest, nam motus, super quo fundatur tempus, est motus primus, quia secundum Philosophum motus primus prout est numeratus per prius, & posterius, hoc est tempus, sed ante motum firmamenti, quod fuit secunda die, est dare alium motum, qui fecit vesperam: & mane primæ diei, cum ergo ante primum motum non sit dare alium motum, motus firmamentum non fuit primus motus: & per consequens non fuit ille motus, super quo fundatur tempus, immo tempus incepit ante huiusmodi motu. Hoc idem etiam manifestè patet, quod motus firmamenti non sit primus motus, nam firmamentum est cœlum sidereum, sive est octaua sphæra secundum Philosophos, cum ergo compertum sit octauam sphæram moueri pluribus motibus, vt patet per Astronomos; consequens est, quod octaua sphæra non sit primum mobile, igitur eius non erit primus motus, & ideo non est motus ille, super quo fundatur tempus. Dicimus enim, quod vna sphæra non habet, nisi unum motum proprium, cuar non habeat, nisi unum motorem. Ex hoc ergo contingit alicui orbi, quod habeat

Aplures motus, quia habet aliquem orbem superiorum qui revoluit eum, & ideo orbis inferiores possunt habere plures motus, quia moventur motu proprio, & monentur motu orbis superioris revolventis ipsos. sed mobile omnino supremum, cuius motus est motus primus, cu de se non moveatur, nisi uno motu, cum non habeat, nisi unum motorem, quod est commune omnibus orbibus: quia omnes orbes, quantum est dese, quilibet non habet, nisi unum motum, & unum motorem: & cum non habeat aliud mobile superius, quod revoluat ipsum; consequens est, quod supremum mobile non moveatur, nisi uno motu: & consequens est, quod quicquid mouetur pluribus motibus, non sit supremum mobile. omnino erga concludit, quod firmamentum, sive cœlum sidereum non sit primum mobile, cum compertum sit ipsum moueri pluribus motibus, motus ergo eius non est motus primus, nec est motus ille, super quo fundatur tempus.

D. Thom. I, sent. 12. sc. ticus. 5. ad 2.

Est ergo alias modus dicendi, quod tempus illud, quod est quartum coæuum, non fundatur super motum firmamenti, quod factum fuit secunda die; nec est idem, quod tempus, quod est modo, sed est idem, quod Aeuum, ita quod ista sunt quatuor coæua, tria videlicet prædicta, & Aeuum, quod sumitur pro tempore, & pro quarto coæuo, sed hoc est contra August. loquentem de factione mundi, prout loquitur alij Sanctorum, quod mundus factus est cum tempore, & quod in eius conditione factus est mutabilis motus: secundum quem videtur se habere orto ille primorum dierum: quæ verba habentur ab Augu. I. de Civit. c. 6. loquendo ergo secundum cœm opinionem Sanctorum, cui opinioni alludit August, & conformat se ei in dicto loco; simul cum conditione mundi factus, & conditus est motus mutabilis, vt sexto die perficiantur omnia: & septimo in magno mysterio Dei vacatio commendetur: & ne videatur opinionem suam pertinaciter assertere subdit, quod cuiusmodi sint illi dies, aut per difficile nobis, aut etiam est impossibile cogiare. Cum ergo mundus dicitur factus cum tempore, quia factus est cum motu mutabili, & Aeuū repugnet motui, vt patet per Diony. I. o. de di. no. dicente, quod proprietates eius sunt antiquum, & invariabile, & totum secundum totum metiri, quæ omnia sunt ^{tas.}

Dcontraria motui, & temporis, vbi semper pars nova succedit veteri, & vbi semper est variatio. qd semper quod est futurum sit præteritum, vbi nunquam totum secundum totum mensuratur. Et si dicatur mensurari totum fm totum, hoc erit per partes, vt quia quilibet pars mensurat quamlibet partem, ideo ex consequenti totum potest dici mensurare totum. Intentio. n. Dio. est, quod in Aeuo totum mensuret totum, quia non est successio, quod pars succedat parti, sicut est in tempore. vt si aliquod opus durat per totam diem, consequens erit, quod illud opus non fiet simul, sed fiet pars post partem, vt in vna parte diei fiat vna pars

Mobile vng
q[uo]d plurib[us]
motib[us] me-
tri possit.

Firmamen-
tum, seu si-
dereum no
n est primum
mobile. qd
pluribus no
tibus moue-
tur.

pars operis, & in alia pars, & sic successive in tota die fieri poterit totum opus. Iste ergo modus dicendi, quod tempus, cum quo factus est mundus, & quod est unum de quatuor coevis, sic etiam stare non potest.

Apo. 10. Est ergo tertius modus dicendi, q̄ huiusmodi tempus, de quo loquimur, non est numerus motus primi mobilis, sed sumitur ibi tempus pro qualunque variatione, ita, q̄ qualunque variatione incipit cum mundo; Dici poterit, q̄ tale tempus incipit cum mundo, sed ad esse coeum, mundo non sufficit, q̄ incipiat cum mundo, sed debet tam durare, quantum durat mundus, & huiusmodi sunt omnia coeua, nam Coelum Empyreum, & Angeli inciperunt simul cum mundo, & durabunt etiam ultra, quam duret mundus. materia illa informis semper erit cum aliqua infirmitate, licet non cū tanta, sicut fuit in principio mundi. Tēpus etiam, quod est quartum coeum, cum mundo incipit, & cum mundo finietur, quia iurauit Angelus, quod post finem mundi non erit amplius tempus. sed nulla alia variatione solus motus celi durabit, quantum durabit mundus, ergo tempus, quod est quartum coeum, & quod incipit cum mundo, & finietur cum mundo, est numerus motus celestis, & potissimum primi motus celestis siue primi celi, & motus, qui est causa omnium aliorum motuum, & per quem sunt, & durant omnes alij motus, qui secundum Philosophum in principio 7. Physicorum. Et vita in entibus: vnde sicut a corde est vita in omnibus alijs membris, quia per motum cordis mouentur omnia membra; ita & a motu primi mobilis, est quoddam opus vitae in omnibus alijs mobilibus, quia per illum primum motum mouentur omnia alia mobilia, propter quod positio praefata stare non potest.

T.c. 1. *D. Tho. 1.* *sentent.* Est & quartus modus dicendi, quod illud tempus, quod incipit cum mundo, est quædam mutatione facta in principio mundi, ut quia mundus post nihil incipit esse aliquid, sed secundum Augustinum in actione mundi propriè non fuit ibi necante, nec post, nam ante, & post sunt differentiae temporis; sed ante mundum non fuit tempus, & per consequens, nec differentia temporis, non ergo propriè dicitur, quod res ante fuerunt nihil postea aliquid. Nam cum ante, & post sint differentiae temporis, res non fuerunt ante nihil, quia ante non potuerunt esse, cum non fuerit aliqua differentia temporis; nec post nihil fuerunt res, q̄ non est dare aliquid post, cum nullum fuerit ante, quia nulla fuit differentia temporis, nisi quando incipit esse creatura, per cuius motus oritur tempus, & differentiae temporis. Haec etiam positio stare non potest, quod dicatur tempus illa variatione, per quam res sunt productæ ex nihilo, quia illa variatione non fuit motus, cū non fuerit facta in tempore, nec fuerit mutatio, cū mutatio, sit terminus motus, & variationem illam nullus præcesserit motus. Creatio enim, nec est motus, nec mutatio, quia non est terminus motus. Dice-

Abauch. 1. mus ergo, quod tempus, quod est unum de quatuor coevis, & quod incipit cum mundo, est illud idem, quod est nūc, & durabit usque in finem mundi, motus enim primi mobilis, cuius numerus est tempus, incipit cum mundo, & durabit usque in finem mundi, propter quod tempus, quod est numerus illius motus, sic incipit, & sic durabit usque in finem mundi, sed in fine mundi, quia cessabit motus celi, & Sol, & Luna stabunt in habitaculis suis, q̄ non mouebuntur amplius iuxta dictum Prophetæ; ideo tunc in fine mundi finietur motus celestis, & tempus.

ARTIC. III.

B *An Primum Mobile ab initio Mundi moueri cœperit.*
Conclusio est affirmativa.

Aegid. 4. Physi. Leét. 22. vbi declaratur quomodo substantia primi Mob. diversa ratione Mobile sit, & Instans.



C *E R T I O* queritur: Vtrum pri mura mobile incipit statim moueri in ipsa actione mundi, vt sicut incipit tempus in primo instanti, in quo factus fuit mundus: ita incipit motus, qui est primus simul cum ipso tempore. Et utrum iste modus ponendi concordet Scripturæ sacræ, & rationi. Et videtur, q̄ non concordet Scripturæ sacræ, secundum q̄ iacet in littera. In illo enim primo instanti, in quo incipit mundus, non erat distinctum primum mobile ab alijs mobilibus, ergo non poterat habere se per modum distinctum ab alijs inobilibus.

Præterea non solum ex parte mobilium, sed etiam ex parte motorum videtur hoc nō potuisse fieri. Nam in ipso primo instanti creationis mundi non erant Angeli boni distincti à malis, cum ergo motores appropriati cœlorum sint Angeli boni confirmati in gratia, quia hoc non fuit in primo instanti creationis mundi, non potuit tunc primum mobile moueri, quia nullū habebat motorem appropriatum.

D *I N C O N T R A R I V M* est, quod dicebat in principali questione, q̄ primus motus, & tempus inciperunt cuim modo simul.

RESOLVATIO.

Motus primus primi mobilis, & tempus, simul inciperunt.

R E S P O N D E O dicendum, q̄ omnino rationabile est dicere, quod primus motus, & tempus inciperunt simul cum mundo: ita, quod in illo instanti, in quo factus fuit mundus, incipit primus

mus motus, & tempus. In illo enim instanti, sicut nihil fuit de tempore, sed solum initium temporis; sic nihil fuit de motu, sed solum initium motus: & hoc non obstante, dicere possumus, q̄ tempus, & motus incepserunt simul cum mundo, quia tempus, & instans, non est plus, quam tempus tantum; sicut linea, & punctus non est plus, quam linea tantum. nam si sint duæ lineæ æquales, & vna dividatur in multas partes, alia remanente idivisa, & coaptetur: linea sic diuisa sup linea continua tantum erit sicut alia: plura tamen erunt puncta in actu in linea diuisa, quam in continua, nam cum linea continuetur per puncta in potentia, si diuidatur huiusmodi linea, unus punctus in potentia fieri duo puncta in actu, non tamen propter huiusmodi applicationem punctorum linea diuisa erit maior seipsa continua, quia punctus in nullo augmentat lineam, nec superficies in nullo augmentat corpus. quia, vt dicebamus supra, superficies ultima corporis continentis est locus corporis contenti: & si recederet locatum, cū huiusmodi superficie, vel cum suo loco, non esset maius seipso sine huiusmodi loco, quod totum contingit ex eodem, quia punctus non augmentat lineam, & superficies non augmentat corpus: sic nec instans augmentat tempus, quia non plus est instans, & tempus, quam tempus tantum. Hæc autem diximus, ad quietandum intellectum, quia si in illo instanti, in quo factus fuit motus, nihil fuit de motu, nihil fuit de tempore; cogitat forte aliquis, q̄ non simul cum mundo incæpissent motus, & tempus, ideo diximus, quod tempus, & instans non est plus, quam tempus. Quare posuimus exēplum de duabus lineis æqualibus, posita vna super aliam, quo posito cogemur dicere, quod in ipsa diuisione in linea continua unus punctus in potentia respondebit duobus punctis in actu: & si volumus vnu adaptare ad aliud, oportebit dicere, quod in linea continua pars lineæ cum punto in potentia respondebit in linea diuisa parti lineæ cum punto in actu. & quia in continuo non est nisi unus punctus in potentia, vbi in re diuisa sunt duo in actu; Cogemur pone re, quod alijs parti lineæ diuisæ cum punto in actu respondeat in continuo sola linea sine omni punto. quod non esset si punctus augmentaret lineam, vel si instans augmentaret tempus.

Redeamus ergo ad propositum, & dicamus, q̄ in illo instanti, in quo factus fuit mundus, primum mobile incepit rotari, & moueri. Quo posito, substantia primi mobilis fuit quid mobile respectu motus: & fuit instans respectu temporis: & vt mobile currens fecit motum, ita instans currens fecit tempus: & quia in illo instanti, in quo factus fuit mundus, fuit factum primum mobile; licet non appareat distinctum ab alijs, in illo etiam instanti incepit primus motus, & tempus, quæ sunt vna res, aliter, & aliter considerata: sicut vna, & eadem substantia primi mobilis, est mobile, & instans aliter, & aliter accepta.

A Hæc quidem positio concordat Scripturæ scriptæ: verbis Sanctorum: & rationi. Scripturæ quidem factæ, quod ante, quam fiat mentio de temporibus, & de diebus in illo instanti, in quo Deus creauit Cœlum, & terram; dicitur, quod Spiritus Domini ferebatur super aquas, quod non verificatur in se, quod ipse spiritus ferretur, sed in suo effectu. quia ipse aquæ, quæ erant ibi, ferebatur, & mouebantur, & circulariter rorabantur. Imaginabimur ergo, quod sicut modo primum mobile mouetur, & secum circumvoluit omnes sphæras coelestes, & sphæram ignis, & sphæram aeris, excepto aere, qui clauditur inter montes terræ. qui propter dictos montes impeditur, vt non circumvolvatur, & rotetur, vt declari habet in libro elementorum, si dicemus, & B tunc, quod statim factō mundo, tota huiusmodi materia incepit volvi, & rotari, & tota vocata est aqua. quia sicut aquæ sunt labiles, ita tota ista materia erat mobilis, & labilis, & super huiusmodi aquas ferebatur spiritus Domini, quia faciebat istas aquas ferri, & moueri.

Si ergo queratur, cuius erat iste motus: dicemus, quod erat proprius primi mobilis, sed erat aliorum tanquam circumvolutorum per primum mobile: Dices vterius, quod primum mobile non erat tunc distinctum ab alijs. Respondebimus, quod sic accidebat tunc de huiusmodi motu respectu primi mobilis, & aliorum mobilium, sicut accideret nunc de cane eunte cum duobus hominibus. Quandiu enim illi duo homines irent simul, nesciretur, cuius esset illus canis: sed quando diuiderent se, statim sciretur, cuius esset, quia canis remaneret cum suo Domino: sic & in proposito: quando totum sic confusum, & aliqualiter indistinctum ab ipso principio, incepit volvi ab oriente in occidens, nesciebatur vtrum ille motus esset proprius toti illi materiae sic motæ, vel esset proprius alicui patiti. sed statim cum fuit factum firmamentum, ille motus remansit proprius primo n. obili, vel remansit proprius aquis illis, quæ sunt super firmamentum, id est, cœlum aqueum, quod est primum mobile. Firmamentum vero, quod est cœlum sidereum, cum incepit habere alium motum contrarium ei, qui est ab oriente in occidens, apparuit, quod ille motus primus primi mobilis proprius erat, non autem erat proprius firmamenti, nec aliorum mobilium: sed erraticorum, tanquam circumvolutorum per primum mobile. Sicut ergo canis pergens cum duobus est Domini sui, & non alterius, licet non apparet ante, quam le diuidant: sic ille motus, qui incepit cum mundo, erat proprius primo mobili: licet non apparet ante, quam diuidetur firmamentum ab ipso, & haberet motum contrarium huic motui, qui fuit secunda die.

Ista positio concordat verbis Sanctorum. Sie enim, vt supra dicebatur, dicit August. quod cum tempore est factus mundus: & quod in conditio-

ne eius i. quando conditus fuit mundus : factus est motus mutabilis. quod non potest intelligi , nisi de prime motu. Ista etiam positio concordat rationi , quia sic ponendo non æquiuocatur in tempore , sed est illud idem tempus , quod fuit prius. nec dicamus quid importetur nomine temporis , vt quidam dixerunt , quod nomine temporis importatur eum: vel , vt quidam dixerūt , quod nomine temporis non importatur numerus primi motus , sed aliqua alia variatio: vel , vt in scriptis communibus inuenitur , quod nomine temporis importatur illa nouitas , secundum quam res post nihil incēperunt esse aliquid: non ergo oportet recurrere ad tot inuolutiones : ad quot existimationes capit: quia , vt patet per habita , saluare possumus Scripturam sacrā , & verba Sanctorum , quod simul cum mundo incēpit primus motus , qui est proprius primi mobilis , & incēpit tempus proprię lūptū , quod est numerus primi motus .

Ex hac autem positione vitamus multa inconuenientia. Vt non ponamus aliquem alium motum præcedere primum motum : nec ponamus aliquem alium motum non causatum per primū motum. Sed dices: Cum tempus , & motus incēperint cum mundo : quare nō ponuntur quinq; coęua; videlicet prafata tria , & tempus , & motus ? Dicemus , quod tempus , vel est idem cum motu , vel addit aliquid supra motum tanquam aliud coęuum . prout verò includit , & addit supra motum : non oportebat etiam hoc ponere , quia ponendo hoc modo tempus , ponimus & motum : cum tempus sit numerus motus , & ad dit supra motum numerationē , & ex hoc includit in se motum .

R E S P. A D A R G. A R T. III.

AR G U M E N T A autem in contrariū non est difficile soluere. Nam cum dicitur , quod primum mobile à principio erat indistinctum ab alijs. Dicemus , quod , vt patet per habita , illa indistinctio non faciebat , quod motus , qui incēpit cum mundo , non esset proprius primi mobilis: sed faciebat latere cuius erat proprius ille motus. quia si nos fuissimus tunc facti in principio mundi : motus , qui fuit factus tūc , habuisset mobile proprium , sed latuisset nos , quod fuisset illud suum mobile proprium: sicut canis pergens cum duobus habet suum dominum proprium : licet lateat alios , quis sit eius dominus proprius .

Exemplum
de cane pul-
chrum.

Motus pri-
mus nō ab
Angelis , sed
à Deo .

Ad secundum dicendum , quod certum est , quod ille motus , qui incēpit cum mundo , non fuit factus per Angelos , nec per motores appropriatos , sed per spiritum Domini , qui ferebatur super aquas. Dicemus enim , quod sicut in alijs , vt in productione animalium , quæ nascuntur per propagationem , sive per generationem prima animalia fuerunt immediate producta à

A Deo , quia primus equus , & prima equa non nisi à Deo fieri potuerunt : vnde talia fuerunt à Deo inchoata , sed postea fuerunt per secunda agentia continuata . sic motus , qui incēpit cum mundo , fuit à Deo inchoatus , sed postea per secunda agentia , id est per Angelos sive per motores appropriatos fuit continuatus. Si enim ante , quām peccassent Angeli , fuissent aliqui deputati ad mouendum orbes , & ad regendum vniuersum , illi fuissent certi de sua beatitudine , & alij sine culpa fuissent dubij , quod fuisset inconueniens. Primo ergo fuit diuisa lux à tenebris , & fuerunt aliqui Angeli auersi , & facti tenebra: & aliqui alij conuersi , & facti lux: & postea de illis , qui erant facti lux , fuerunt aliqui deputati ad regimēn vniuersi , & ad mouendum cœlos , sicut diuinæ placuit voluntati , & hoc tunc , quād dictæ voluntati placuit .

Aduertendum autem , quod diximus , quod prima animalia , quæ sunt per generationem , & propagationem fuerunt immediatè facta à Deo , quia ea , quæ sunt per putrefactionem , etiam prima potuerunt per alia agentia fieri .

Restat ergo soluere argumenta Articuli secundi .

R E S P. A D A R G. A R T. II.

AD primum ergo cum dicitur , quod primum mobile tunc nō erat distinctum ab alijs mobilibus: patet responsio per prædicta . quia illa indistinctio faciebat solum ad latentiam , non ad non existentiam . non enim faciebat , quod motus ille , qui incēpit cum mundo , non esset proprius primi mobilis , sed solum hoc agebat , quod lateret : vel , quod non sic clare appareret , quod esset eius proprius .

Ad secundum dicendum , quod accidit tempori , quod dividatur per diem , & noctem . tempus enim per se comparatur ad motum : ita , quod non potest esse motus sine tempore : nec tempus sine motu : loquendo de tempore prout est quid reale : vel loquendo de tempore non prout numerat , sed prout est aptum natum numerare motum , vel esse numerus motus . nam illa est diffinitio temporis , quod est numerus motus . Diffinitiones autem magis accipimus secundum aptitudinem , quām secundum actum , vt si diffiniatur homo , quod est animal gressibile , bipes , si curreret , qui est bipes : non propter hoc perderet diffinitionem illam secundum Porphyrium , quia id , ad quod aptum natum est semper , dicetur . sic & tempus , & si non sit anima hominis , nec anima cœli , quæ numeret : semper de se est tempus natum , vt sit numerus motus . Per se ergo tempus comparatur ad motum . quod autem distinguitur per diem , & noctem , accidit tempori .

Ad tertium dicendum , q̄ in creatione mun-
Aegid. super ij. Sent. B b b di

di secundum Aug. Scriptura sacra tacet de temporibus: sicut de diebus, & ex hoc datur intelligi, quod mundus fuit factus ante omnia tempora, & ante omnes dies; Dici debet, quod illud ante non excludit simul. Sic enim fuit factio mundi ante omne tempus, quod etiam fuit simul cum tempore, fuit namque factio mundi ante omne tempus, quia fuit factus in instanti, quod fuit initium temporis: &, ut patet, sicut punctus est principium linea, quod est simul cum linea, quod in nullo augmentat lineam: sic illud instans, in quo fuit factus mundus, fuit initium temporis, quod poterat dici simul cum tempore, quia in nullo augmentabat tempus.

Ad quartum dicendum, quod tempus, simpliciter loquendo, non incipit quarta die, sed incipit cum prima factio mundi, sunt tamen quædam distinctiones temporum: prout nos distinguimus tempora diuidendo diem à nocte, & diuidendo tempus in signa, tempora, annos, & dies, quæ omnia sumuntur secundum motu Solis, ut infra patebit. Tempus ergo per se copatur ad motum primi mobilis, qui incipit simul cum mundo: sed per comparationem ad nos, qui per motum Solis diuidimus diem à nocte, & accipimus 12. menses iuxta 12. signa, & distinguimus diuersa tempora in eodem anno, & computamus unum annum post alium: accipienda sunt illa verba Gen. q̄ facta sunt lumenaria cœli, ut possemus per ea, ista distingue re, sed de his omnibus forte plenius infra tractabitur.

Ad quintum cum dicitur, quod tempus non est, quia partes eius non sunt: & quod non est, fieri non potest. Dici debet, quod istud argumentum non arguit tempus non esse, sed petit sibi quandam difficultatem solui: videlicet cū præteritum, & futurum, quæ sunt partes temporis, non sunt, quia præteritum iam non est: futurum nondum est: videtur ergo ex hoc, quod & ipsum tempus non sit. Responderi potest per differentiam permanentium, & successuum, nam esse permanentium est in similitate partium, nam tunc sunt permanentia, quando partes eorum sunt simul, ut tunc est domus, quæ est de genere permanentium: quando sunt simul, & sunt coniunctæ, & sunt perfectæ omnes partes domus: sed successiva habent esse non in similitate, sed in ordine partium: & tunc est motus, quando una pars motus ordinatur ad aliâ partem: & tunc est tempus, quando una pars temporis ordinatur ad aliam partem. Ordo autem motus conferuatur in mobili, ut quandiu fluat mobile, per cuius fluxum motus factus ordinatur ad fiendum, & continuatur ad ipsum, tam diu durat motus. Sic in ipso instanti reseruatur ordo temporis, & sicut ex fluxu mobilis causatur motus, sic ex fluxu instantis causatur tempus. mobile namque fluens causat motum, & instans siue nunc currens causat tempus: & sic

Quæst. II.

A per mobile fluens ordinatur motus factus ad fiendum, & continuatur ad ipsum. sicut ergo sufficit ad hoc, quod sit motus, quod sit mobile fluens: ita sufficit ad hoc, quod sit tempus, quod sit instans currens. Ex hoc autem patet mirabilis differentia permanentium ad successuum, ut permanentia incipiunt esse, cum facta sunt: ut tunc incipit esse domus, cum facta est tota domus, & completa sunt omnes partes domus. sed successiva econtrario non incipiunt esse, cum completa sunt, sed tunc desinunt esse cum perfecta sunt, ut quando completus est motus, & peractæ sunt omnes partes motus, tunc desinit esse dies, & quando completus est annus, & peractæ sunt omnes partes anni: tunc desinit esse ille annus. Vnde

B Aug. dans differentiam inter annos Dei, qui semper stant, & annos nostros qui semper transiunt: per consequens dat differentiam inter æternitatem, quæ est anni Dei: & tempus, quod est anni nostri. 11. Confel. dicit: Iste autem anni nostri omnes erunt, cum omnes non erunt, id est cum finiti erunt, nulli erunt. tunc enim homo complebit annos suos, cum mortuus erit, & non habebit aliquid ulterius de annis suis.

C Ad sextum dicendum, cum dicitur, quod de tempore non est nisi præsens, & illud præsens non est nisi instans, & instans non est tempus, ergo nihil est de tempore, & nihil est tempus; Dici debet, quod quāmvis instans non sit tempus; est tamen ordo temporis, vel est illud, in quo reseruatur ordo temporis. & quia successuum est, ut diximus, est in ordine partium: sufficit ad esse temporis, quod sit instans fluens, in quo reseruatur ordo temporis, ut ordo ieporis, id est ordo præteriti ad futurū, & per cuius fluxum continuitur præteritum cum futuro.

D Argumenta autem in contrarium gratia conclusio concedantur.

ARTIC. III.

An opus creationis fuerit in tempore factum.

Conclusio est affirmativa.

Aegid. 1.p. Hen. cap. 21. D. Th. 1.p. q. 46. 2r. 3. Et Quol. 5. ar. 1. Item Opusc. q. q. 100.



V A R T O quartitur de opere creationis per comparationem ad tempus. Utrum illud opus fuerit factum in tempore, & quomodo se habuerit ad ipsum. Videtur autem, quod illud opus non fuerit factum in tempore, quia, ut patet per habita, factum fuit ante omne tem-

pus;

Anni Dei,
& horū, qd
differant.

pus: ergo nullo modo fuit factum in tempore. Dato ergo, quod possumus aliqualiter concedere, quod opus creationis fuerit factum cum tempore, & quod tempus fuerit coequum ei, ut pater ex questione praecedenti: nullo tamen modo, ut videtur, possumus concedere, quod fuerit factum in tempore.

Lib. 4. Phys.
tex. c. 117.
Continetur
temp. quid.

Præterea, secundum Philosophum: Illud sit in tempore, quod continetur à tempore, & illud continetur à tempore, quod præcedit, & sequitur tempus. hoc ergo posito, quod tempus præcessisset opus creationis, sed ante tempus creationis non fuit aliqua creatura: fuisse ergo tempus ante omnem creaturam, & per consequens tempus nō esset creatura, quia fuisse ante seipsum: & quod magis inconveniens est, cum tempus sit accidens: fuisse accidens ante subiectum. Et qd B ulterius inconveniens est: cum tempus sit de genere successuorum: esset successuum absq; eo, quod aliquid succederet: vel, quod idem est: esset motus absque eo, quod aliquid moueretur.

Lib. 4. Phys.
tex. c. 117.
Est in, &
cum temp.
quid.

Præterea secundum eundem Philosophum omnia, quæ sunt in tempore, patiuntur aliquid à tempore, quia tabescunt, vel senescunt in tempore. si ergo opus creationis fuisse factum in tempore: fuisse aliquid à tempore passum, & haberet aliquem ordinem ad tempus: tanquam ad id, qd aliquid fecisset in eo, sed opus creationis est effectus solius Dei, & nihil aliud est, quod aliquid efficiat in ipso, & non habet ordinem nisi ad solum Deum: quare tale opus in tempore fieri non potest.

Lib. 4. Phys.
tex. c. 116.

Præterea, secundum eundem Philosophum. Sicut non idem est esse in loco, & esse cum loco, sic non est idem esse cum tempore, & esse in tempore. Nam si quicquid est cum loco esset in loco, quodlibet esset in quolibet, & cœlum esset in grano milij. Nam cum granum milij possit esse locus alicuius, & cum cœlum sit quando est grana milij, siue quando est huiusmodi locus, si idem esset esse cum loco, & esse in loco: cœlum esset in grano milij. dato ergo, quod mundus sit factus cum tempore: non oportet, quod sit factus in tempore.

Tex. c. 116.

Præterea hoc idem patet non solum prout tempus comparatur ad locum, sed etiam prout comparatur ad motum, ut patet ex eodem Philosopho in 4. quia non est idem esse cum motu, & esse in motu: omnia enim sunt cum motu. Ipse enim Deus est cum motu, quia est quando est motus: non propter hoc est in motu, nec est quid mobile: ergo à simili: ea, quæ sunt cum tempore, vel quæ sunt facta cum tempore, non oportet, quod sint in tempore.

I N C O N T R A R I V M est, quia omne temporale est in tempore: omnis creatura est quod temporale: ergo omnis creatura est in tempore, & facta in tempore.

Mutatio
ois mors
quædam.

Præterea, secundum Augustinum 1. de Trin. omnis mutatio nonnulla mors est, cum ergo solus Deus habeat immortalitatem secundum Apostolum: omnis alia creatura est aliquo mo-

A do inutabilius præter Deum. sed omne inutabile mensuratur tempore, & est in tempore, & est factum cum tempore, ergo omnis creatura mensuratur tempore, est in tempore, & est facta cum tempore.

R E S O L V T I O .

Opus creationis rerum in tempore factum fuit, secundum se: sed ad errores remouendos, cum tempore. Idq; ex sacro sancta Scriptura constat. Nec tamen cogitandum est, Deum ab eterno Mundum facere non potuisse, ut Theologis placet, quamvis motum ab eterno fuisse, rationes vllæ necessariæ non concludant.

Lib. 7 Met.
t.c. 49. Vide
Theore. 2.
Zimar. qui
hic proposi
tionē decla
rat. Elias tñ
expofitio
damnatur,
ab Archang
elo in Tra
ctatu d' prin
cipio iudici
dationis.

R E S P O N D E O dicendum, quod mensura certificat nos de mensuratis, & certificari non possumus de rebus: nisi, secundum quod sunt in actu, quia actus est, qui distinguit, & ex hoc actus, qui nobis res notificat, & qui de rebus nos certificat, & cum non sint nisi duo actus in rebus: vel est motus, qui est actus entis in potentia: prout est in potentia, vel est actio mobilis, ut est mobilis, ut patet ex libro Physicorum, & esse quid est actus entis in actu, ut est in actu non erunt nisi duæ mensuræ: in entibus una, quæ mensurabit motum, & hoc est tempus: & alia, quæ mensurabit esse, & hoc est æternitas siue æuum, vnde Dion. 10. de diuin. nom. ait, quod scriptura Sacra vocat tempus, quod est in generatione, & corruptione, & variatione, i. quod mensurat motum, & vocat æuum. quod magis propriè mensurat existentia. Vnde ait, quod propriè existentia æuo, supple mensurantur, & quæ sunt in generatione, idest in motu mensurantur tempore. Hoc idem dixit Proclus in de elementatione Theologica, propositione 54. q; omnis æternitas mensura est æternorum, & omne tempus temporalium, & hæ duæ mensuræ sunt solum in entibus vitæ, & motus.

Concordat ergo Proclus cum Dionysio, quod non sunt nisi duæ mensuræ in entibus: æternitas, & tempus. Aeternitas enim mensurat vitam, idest mensurat viuere: vel, quod idem est, mensurat esse, quia viuere viuentibus est esse secundum Philosophum, & tempus mensurat motum, cum ergo non sint nisi duo actus:

motus, qui est actus entis in potentia, ut est in potentia: & esse, quod est actus entis in actu, ut est in actu: non erunt nisi duæ mensuræ in entibus: videlicet tempus, quod mensurat motum, vel mensurat actum entis in potentia, ut est quid tale, & æternitas, quæ mensurat esse, vel mensurat actum entis in actu, ut est in actu. Hoc idem concordat cum verbis Philosophi, qui vult, quod actus, & potentia sufficienter dividant ens, vel ergo mensurabit ens in potentia, secundum quod huiusmodi, & tunc mensura illa

Arist. 2. de
æiat. c. 37.

Aegid. super ij. Sent. B b b 2 erit

erit tempus, vel mensurabit ens in actu, secundum quod huiusmodi, & tunc mensura illa erit æternitas, sive ævum.

Mensurae duae non omnia eodem modo recipiuntur. *præd. 2. q. 4. & de mens. Ang. q. 1.*

Aduertendum tamen, quod licet non sint nisi duæ mensuræ in entibus: tempus, & ævum: tamen non omnia eodem modo istas duas mensuras participant, vel ad istas duas mensuras æqualiter se habent. quia quedam sunt æterna simpliciter: quedam quantum ad aliquid sunt temporalia, & quantum ad aliquid æterna. Vnde Proclus de elementatione Theologica ait: Omne, quod hac quidem æternale: hac autem temporale est ens, & generatio simul, idest omne tale quantum ad aliquid est æternum, & mensuratur æternitate, & quantum ad aliquid est generabile, idest temporale, & mensuratur tempore. Si vero aliquis dubitaret, & non crederet dictis nostris, quod non sunt, nisi duæ mensuræ in entibus: æternitas, & tempus: patefaciemus propositum nostrum dicentes, quod omnis mensura habet suum nunc: vel ergo illud nunc est stans, & tunc facit æternitatem, vel non est stans, sed fluens, & currens, & tunc facit tempus, iuxta illud Boetij: Nunc currens facit tempus, nunc stans facit æternitatem. Itaque cum non sit dare medium inter stans, & non stans: non est dare tertiam mensuram aliam à tempore, & æternitate. His duobus declaratis: vide licet, quod non sunt: nisi duæ mensuræ in entibus: tempus, & æternitas: & quod his duabus mensuris non omnia pariter mensurantur, quia aliqua mensurantur simpliciter æternitate, & huiusmodi est solus Deus: aliqua simpliciter tempore, ut generabilia, & corruptibilia: aliqua mensurantur vitroque, & sunt ens, & generatio simul: statim patet solutio ad quaestita, quia cum solus Deus sit simpliciter æternus, & omnis creatura sit aliquo modo temporalis, & omne temporale sit factum in tempore: consequens est, quod totus mundus sit factus in tempore. Sed huic veritati dicta Augustini 11. de Ciuitate Dei, obuiare videntur dicentes non esse mundum in tempore, sed cum tempore. quare, ut pateat quomodo veritatem habeat tentatio Augustini, & quomodo, quod diximus; narrabimus conditiones æternitatis: per cuius oppositum sumuntur conditiones temporis: ex quibus apparere poterit quomodo mundus sit factus in tempore, & quomodo cum tempore, vel quomodo mensuretur tempore. Propter quod sciendum, quod Dion, 10. de diui. nom. narrat tres proprietates æui, idest, æternitatis dicens, quod proprietas æui est antiquum inuariabile, & totum secundum totum metiri, & per oppositum proprietates temporis erit nouum variabile, & partem secundum partem metiri.

Ex his apparere potest, quod licet nihil sit simpliciter æternum, nisi Deus, & licet æternitas dicatur mensurare esse, & tempus motum: tamen motus, qui per se respicit tempus, sequendo viam Philosophorum potest dici æternus, & potest mensurari æternitate, quia potest aliquid

A participate de æternitate, & ipsum esse, quod per se dicitur respicere æternitatem potest mensurari tempore, quia esse omnium generabilium, & corruptibilium mensuratur tempore, & est quid tempore. motus autem cœli secundum Philosophos est æternus, & mensuratur æternitate: & si dicatur, opinionem Philosophorum falsam esse, quia cœlum factum est à Deo, & motus eius incipit in tempore: dicemus, sic esse lectum veritatem: dicente hoc Scriptura faceta, cuius est maior auctoritas, quam totius humani ingenij perspicacitas. sed licet sic fuerit in veritate, quod motus cœli incipit in tempore, vel cum tempore: inter Theologos tamen est opinio, quod Deus ipsum potuit facere ab æterno. Nos autem nunquam vidimus aliquid argumentum: quod de necessitate cogerer, quod motus non potuerit esse ab æterno. Non videatur enim contra rationem causati, quod effectus sit coenitus suæ cause: & si causa est æterna, quod causatum non possit esse æternum, iuxta illud August. Si ab æterno fuisset pes in puluere: ab æterno fuisset vestigium pedis in puluere, quod factum à pede nemo dubitaret. Dimissa tamen opinione Philosophorum adhærendo Scripturæ factæ: dicemus & aliqua creatura æterna, quia ignis inferni dicitur æternus, iuxta illud: Ita maledicti in ignem æternum, & sicut ignis damnatorū dicitur æternus: ita vermis eorum, idest remorsus conscientia poterit dici æternus, iuxta illud Esa. Ignis eorum non extingueretur, & vermis eorum non morietur. Porci etiam inferni dicuntur æternales, iuxta illud: Eleuamini portæ æternales, Vita etiam Beatorum dicitur æterna, quia non finietur. Et mors damnatorum dicitur æterna, quia non morietur. possunt ergo aliqua creaturae dici æternæ, quia participant aliquid de conditionibus æternitatis, & ista est sententia Diony, lib. & cap. præallegatis.

Exemplum de pede in puluere. idem supra d. 2. q. 1. art. 5.

*** Creatura quandoq; næ.**

Esa. 66. psal. 23.

C Redeamus ergo ad propositum, & dicamus, quod æternitas mensuratur esse non quocunque, sed esse, quod est non existenter. Si ergo sit esse non existenter, i. non stabiliter, cuiusmodi est generatum: non mensurabitur æternitate, sed tempore, cum tale esse sit quid mobile, vel mutabile. Inquit ergo aliquid participat esse existenter: in tantum mensuratur æternitate: & in quantum deficit: in tantum deficit ab æternitate, & quia solus Deus simpliciter, & per omnem modum D habet esse existenter, solus Deus mensuratur æternitate simpliciter: & quia nostrum esse ad divinum esse comparatum, magis est non esse, quam esse, iuxta illud Esa. Omnes gentes coram eo existimat, quasi non sit, sicut omnia deficiunt ab æternitate. Et si dicantur aliqua mensurati æternitate: hoc non erit æternitate simpliciter, sed participaliter. Sicut ergo potest participare conditiones temporis, & mensurari tempore, sic motus, vel aliqua creatura mobiles, & variabiles possunt participare alias conditiones æternitatis, & possunt dici æternæ.

Ad plenam autem cognitionem quæsiti dicimus, quod mundus potest nominare omnem creaturam. Cum ergo multæ creaturæ participent aliquas conditiones æternitatis, quod patet in Angelis, qui secundum substantiam non mensurantur tempore, sed æuo: ipsi etiam cœli quantum ad substantiam non mensurantur tempore, sed æuo, id est æternitate participata. Inde et ergo, quod mundus, id est omnis creatura non incepit in tempore, quia ipsi cœli, & ipsa etiam participant conditiones æternitatis incepunt cum tempore, dici potest, quod totus mundus quantum ad omnes sui partes nullo modo fuit ante tempus, sed vel fuit post tempus, vel incepit esse cum tempore. patet ergo verba Augusti, vera esse quantum ad totum mundum, & secundum omnes sui partes ipsum non incepisse in tempore, sed cum tempore.

Possimus autem & aliter saluare verba Aug., quia etiam quantum ad illas partes mundi, quæ mensurantur tempore, potest dici mundus non factus in tempore, quia non participant omnes conditiones eorum, quæ sunt facta in tempore. Est enim una conditio temporis, ut aliquid dicatur in tempore, quia aliquid patitur à tempore. i. à motu cœli, in quo habet esse tempus. Cum ergo omne, quod patitur à tempore, dicatur esse in tempore: mundus, quia statim factus incepit pati à tempore: potest dici factus in tempore. Alio modo potest aliquid dici factum in tempore, vel incepisse esse in tempore. s. quia in ipso primordio continebatur à tempore, & tempus præcedebat ipsum. hoc modo mundus non est factus in tempore, quia tempus non præcessit factiōnem mundi. sed mundus est factus cum tempore, quia simul cum factione mundi incepit tempus. propter quod patet, quomodo mundus est factus in tempore: prout esse in tempore est pati à tempore: & quomodo mundus est factus cum tempore, sed non in tempore, prout esse in tempore est contineri à tempore, & est incipere post tempus. Sed quæres quod nā istorum est magis asserendum, & quod istorum est verius dictum.

Dubitatio.

Solutio.

Mundus ve
rius in tpe,
quam cum
tempore se
cundum se.

Ad quod dici potest, quod aliquid aliquando est magis asserendum, secundum se: aliquid est magis asserendum ad remouendum errores. Sic etiā aliquid potest esse verius dictum, secundum se: aliquid autem inquantum per illud dictum verius, vel magis, vel clarius remouentur errores. Secundum se quidem magis videtur esse in tempore, quia est quid temporale, & patitur à tempore, id est à motu, in quo est tempus: vt vlna dicitur mensura panni, quia mensurat pannum: dato, quod simul fuerit facta cum panno, & non præcessit pannum. sic tempus dicitur mensura temporalium, & temporalia dicuntur esse in tempore, quia mensurantur à tempore, & quia patiuntur, senescunt, tabescunt, & alterantur à tempore. Quod autem fuerit tempus ante istud temporale: non est ad propositum, quia tempus, quod fuit ante, non alterauit ipsum, vt ipsum est: sed tempus, quod incepit cum ipso:

A incepit alterate ipsum, quia per se loquendo secundum Philosophum in 4. Nihil nouum, neq; Tex.c.117. bonum fit in tempore. Tempus enim quantum est de se semper inueterat, & semper deteriorat. si autem innouat, & meliorat: hoc est per accidens: in quantum inueterando, & deteriorando corruptit, & corruptendo per se, per accidentis generat. quia nunquam aliquid corruptitur nisi aliud generetur, & generando innouat, & multoties meliorat. quia aliquando generatum est melius corruptio: aliquando autem econtrario, quia corruptum fuit melius generato. Sed si loquamur, quod est magis asserendum quantum ad remotionem errorum: vel si quæratur, per quid magis, & verius remouentur errores; Dicemus per dictum Augusti, quia cum homines, vt plurimum, sequuntur Philosophos: qui, vt plurimum, rationibus sensibilibus sunt locuti, & maximè Aristo, quem alij posteriores sunt secuti, qui posuit mundum æternum. qui error statim eliditur per dictum Augusti, quod mundus fuit factus cum tempore, vel fuit factus in principio temporis, & quod non fuit tempus ante illud instans, cum quo factus est mundus. nam ante cum sit differentia temporis, & nulla fuit differentia temporis ante factiōnem mundi: nihil fuit ante mundum. i. nulla differentia temporis præcessit mundum. Et si dicas, quod Deus fuit ante mundum: illud ante non dicit existentiā temporis, sed dicit solam æternitatem, quia Deus non præcessit mundum tempore, sed æternitate. & ista est intentio Augusti, & ibi in de Ciui. Dei, & in alijs libris, vbi loquitur de ista materia.

Mundus ve
rius df cum
tpe fā? ad
tollendo er
rores.

i. Cœli.

B R E S P. A D A R G. Ad primum dicendum, quod quantumcumque tempus fuerit coequum mundo, & ex hoc posset dici factus cum tempore: potest tamen dici factus in tempore: prout factus est quid temporale, & in sua factiōne incepit pati à tempore, & else quid temporale.

Ante mun
dū, nō dicit
tempus, fed
æternitatē.

C D Ad secundum dicendum, quod dictum est secundum opinionem Philosophi, quod quicquid patitur à tempore præceditur à tempore, & per consequens continetur à tempore. sed si potuisset videre Philosophus, quod aliquid pateretur à tempore, quod non præcederetur à tempore, non dixisset, quod omnne temporale contineretur à tempore, cum concedat, quod omne, quod patitur à tempore, sit temporale, & sit in tempore. Voluit enim Philosophus, quod non esset dare aliquid instans, quod esset initium futuri, & non esset finis præteriti, etiam secundum veritatem non solum secundum imaginationem, secundum quē modum omnia quæcunq; fiunt, & facta sunt præcessit tempus. secundū veritatem, q; illud instans, in quo facta fuerunt, fuit finis p̄teriti, & inde est, q; quicquid fit: sit in tēpore, & omne factū præcessit tempus. Diceret enim Philosophus, cœlum non esse factum, sed esse æternum, & per hoc patet solutio. Ad alia autem, quæ addebatnr, quia

Tēporalia
non omnia
cōtinēntur
à tempore.

Instans oē
apud Philo
sophum est
futuri ini
tiūm, & p̄e
teriti finis.

secundum Philosophum non omnia sunt facta, sed multa sunt coæterna Deo. secundum veritatem autem tempus non præcessit omnia facta, nisi forte loquamur de tempore imaginato: nō de tempore secundum veritatem.

Ad tertium dicendum, quod illa factio fuit in instanti temporis, iuxta illud: In principio creauit Deus, id est in principio temporis secundum unum modum exponendi August. Dicemus ergo, quod illa factio, qua fecit Deus primores, aut refertur ad Deum: aut ad res factas, si refertur ad Deum facientem, sicut Deus non indiget loco, sed simul cum locatis fecit locum, sic non indiget materia, sed simul creando res materiales concreauit cum eis materiam: sic etiam non indiget tempore, sed simul creando temporalia concreauit cum eis tempus, & subiecit temporalia ipsi temporis, vel subiecit ea variationi temporis: & similiter res creatæ fuerunt subiectæ temporis, & fuerunt factæ in tempore: sic ipsa factio, per quam res fuerunt primo factæ, incœpit esse in principio temporis, ut suo modo comparetur illa factio ad principium temporis, sicut res factæ comparantur ad tempus. Ideo argumentum nō est cōtra nos: immo pro nobis, quia si illa factio fuit in principio temporis, consequens est, quod res temporales per illā factiōnēm productæ, fuerunt factæ in tempore, ut ex hoc ipse mundus ratione suarum partium temporalium fuerit factus cum tempore, & in tempore. ratione autem sua rum partium non temporalium, secundum quod huiusmodi: factus fuit mundus cum tempore, sed non in tempore.

Ad quartum dicendum, quod esse cum loco, & in loco est idem: & non est idem cum esse cum tempore, & in tempore. Quantum enim ad res locatas, vel ad res, quæ respiciunt locum; aliquo modo est idem esse cum loco, & habere respectū ad locum: ita, quod de omni re, quæ per se respicit locum, si est cum loco, & habet per se respectum ad locum, eo modo est apta nata respicere locum: sic etiam de tempore quantum ad res temporales, & multo magis omnia, quæ sunt cum tempore, sunt in tempore. Quantum autem ad res non temporales possunt aliqua esse cum tempore, quæ tamen non sunt facta in tempore, nec sunt in tempore, ut quaterna fuerunt facta cum tempore, quia fuerunt coæqua tempori, non tamen fuerunt facta in tempore, quia per se loquendo non mensurantur tempore: nec sunt in tempore, loquendo de tempore, ut nunc loquimur, quod est numerus primi motus. Quicquid ergo sit de loco, & de tempore: tamen claro clarius est quātum ad res temporales, quia omnia talia, quæ fuerunt facta cum tempore, fuerū facta in tempore, quia fuerunt mensurata à tempore, & passa sub tempore.

Ad id vero, quod dicitur, quod si quæcunque sunt facta cum loco, esset in loco, quodlibet esset in quolibet loco, & cœlum esset in grano milij. quia est, quando est granum milij; Dici debet, quod non est simile de locatis compara-

A tis ad locum, & de temporalibus comparatis ad tempus, quia omnia locata non comparantur per se ad unum, & enundem locum, sed omnia temporalia comparantur ad unum, & idem tempus. Item omnia locata non solum non comparantur ad unum, & evipdem locum, sed non eodem modo comparantur ad locum, quia locata hoc modo comparantur ad locum prout comparantur ad motum localem. Non omnia autem mouentur eodem modo localiter, nam aliqua mouentur localiter, quia mouentur ad locum: ut grauia, & levia: aliqua, quia mouentur circa locum, ut supercellestia: sed omnia temporalia, quare eodem modo comparantur ad tempus, quia nulla talia sunt cum tempore, quæ nō sint in tempore, & non subiaceant tempori, & non alterentur à tempore, & etiam omnia talia continentur à tempore: non, quod oporteat ea præcessisse tempus, sed continentur à tempore, sicut alterata ab alterante, & mota à mouente.

B Ad dictum autem Philosophi comparatis res ad locum, & ad tempus, & dicentis: sicut non est idem esse cum loco, & in loco, sic non est idem esse in tempore, & cum tempore; Dici debet, quod Philosophus solum vult excludere res non temporales, quæ non sunt aptæ natæ mensurari tempore, quia talia sic sunt cum tempore, quia sunt quando est tempus. quæ tamen, secundum quod huiusmodi, non sunt in tempore.

C Ad quintum dicendum, quod res immobiles ita sunt cum motu, quia sunt quando est motus. quæ tamen non sunt in motu, quia sunt immobiles. sed res mobiles quamdiu sunt cum motu, dicuntur esse in motu, quia sunt subiectæ motui: dato, quod non moueantur, quia tempus non solum mensurat motum, sed etiam quietem: & non solum subiectantur temporis, & motui cœlesti mobilia, ut actu mouentur: sed etiā, ut quiescant. ut patet ex quarto, quia quies non est quarumcunque rerum non motarum, loquendo de quiete, ut nūc loquimur, quæ opponit motui: sed rerum non motarum, quæ sunt aptæ natæ ad moueri. Omnia autem talia sive moueantur

D siue quiescant, sive sunt subiectæ motui cœlesti, & temporis; nec possunt talia esse cum tempore, quin sint in tempore, & nisi sint subiectæ temporis: nec possunt esse cū motu, nisi sint in motu: & nisi sint subiectæ motui.

E

Mundus in tempore factus quomo^do dicatur.

L T B R I V S autē circa hoc quæritur: Quomodo essendi, in, accipitur mundum esse factum in tempore.

esse in, osto
modis ex
Arii. libr. 4.
Physi. t. 23.
Vñ versus.
Instit. Pars.
Tota, spes,
Genus, &
Calor igni,
Rex in re-
gno Res in
fine, locoq;
locut. Am-
morius tñ
in nepre-
dic. c. d his,
qñunt, po-
nit, t mo-
dos. Esse in.

R E S P O N D E O dicendum, q̄ cum Philosophus in 4. Physicorum assignet multos modos essendi, in; Mundū esse factū in tpe re duces ad illū modū essēdi, in, sicut ea, q̄ sunt Gr̄corum, sunt in Rege eorum: & sicut omnino motus, idest res mota est in mouente, & per consequens sicut alteratum est in alterante, hoc enim modo ea, q̄ sunt Gr̄corum sunt in Rege Gr̄corum: & omnia, q̄ sunt in quocāque regno, sunt in rege illius regni, quia Rex de omnibus eis facit voluntatem suam, & omnibus eis vtitur, & reducit ea ad modum suum, sic Mundus quantum ad temporalia est factus in tempore, quia omnia temporalia reducuntur ad modum temporis, ut suis spatijs transeat, sicut transit tempus, & omnia sunt in tempore, sicut res motae in mouente, sicut res alteratae in alterante, quia omnia alterantur a tempore. Omnia tabescunt, & senescunt tempore, & per consequens omnia corrumpuntur a tempore, quia idem est ire ad senium, & ad corruptionem, & ideo benedictum est, quod male nos mensurat tempus, quia mensurando nos, facit nos senescere, & ire ad corruptionem.

ARTIC. V.

*An mūdus in die factus dici possit.
Conclusio est problematica.*

Aegid. in 1. p. Hex. c. 11. D. Bonau. d. 12. art. 2.
quæstio. 2. Ric. d. 12. q. 7.



V I N T O quæritur de opere creationis per comparisonem ad dies. Quæritur enim: Vitrum sicut mundus sit factus in tempore, sic possit dici factus ī die. Et videt, quod sic, quia Gen. 1. dicitur. Istę sunt generationes celi, & terrae, quando creatae sūt in die, quo fecit Deus cēlum, & terram, & omne virgultum agri. Si ergo in die fecit Deus cēlum, & terram; ergo in die creatus est mundus, quia nomine celi, & terrae intelligitur totus mundus, & omnia, q̄ sunt in mundo.

Præterea probauimus mundum esse factum in tempore, ergo multo magis possumus dicere ipsum esse factum in die, cum Scriptura sacra, qñ facit mentionē de factione mudi, non dicat ipsum

A esse factum in tempore, sed dicat ipsum esse factum in die, vt patet per auctoritatem propositam.

Præterea dicitur Ecclesi. 18. Qui viuit in æternum creauit omnia simul, si ergo omnia creata sunt simul, in ipsa prima factione mundi fuerunt creata luminaria mundi, quibus motis in ipsa factione mundi incepit esse dies, ergo mundus fuit factus in die.

I N C O N T R A R I V M est, quia dies fuit facta cum factione lucis, vt patet ex Gen. quia Deus faciendo lucem diuisit lucem a tenebris, & appellauit lucem diem, & tenebras noctem. cum ergo fuerit factus mundus ante lucem, mundus fuit factus ante omnem diem, ergo non est factus in die sed ante diem.

Præteca magister in littera loquens de factione mundi ait, q̄ in principio creauit Deus cēlū idest Angelos & terram, i. materiam illam informem, & subdit q̄ hoc fuit ante omne diem: non ergo factus est mundus in die, sed ante diem.

R E S O L V T I O.

Mundus quamvis in tempore, non tamen in die, vel cum die, si huiusmodi locutio referatur ad unam primi mobilis revolutionem. factus est enim ante omnem diem. Si autem ad quandam morulam referatur; aliquo modo verum esse affirmamus.

R E S P O N D E O quod creatio lucis, cuius à creatione incepit dies, secundum omnem modū dicendi fuit valde modicum spatium post creationem mundi. sic enim Sācti omnes communiter sentiunt, q̄ Angeli fuerunt creati cum mundo, & post valde modicam morulam aliqui ex eis fuerunt auersi, & facti tenebre, & alij conuersi, & facti lux. Et cum dixit Deus: Fiat lux, & facta est lux, & cum subditur: Vedit Deus lucem, quod est bona, & diuisit lucem a tenebris, exponitur cōmuniter, quod tunc fuerunt diuisi boni Angelii a malis, & quia valde fuit modica morula inter factiōnem Diaboli, & eius casum. quia Diabolus quasi statim factus in Superbiam erectus cecidit, valde fuit modica morula inter creationem mundi, cum quo fuit factus Diabolus, & alij angeli, & factiōnem lucis, & diuisionem a tenebris, per quod intelligitur distinctio malorum angelorum a bonis. Vnde in Euāgelio non dicitur de Diabolo, quod in veritate non fuit, sed quod in veritate non stetit. In quadam enim veritate innocentia fuit factus, sed in illa veritate nō stetit, quia quasi statim factus ab illa veritate innocentia cecidit. Vnde ipse Lucifer, & ipse Diabolus dictus signaculum similitudinis propter suam excellentiam, iuxta illud Ezechi. 28. Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, perfectus decore in delicijs Peradisi fuisti. Diabolus ergo fuit in delicijs Peradisi, quia creatus fuit in quibusdam delicijs innocentia: vel secundum q̄i oldani in quibusdam delicijs gratia, non gratia consummata, idest gloriam, quia ab illa non potuerat cadere, sed graue initiatæ,

Mundus aī
lucē exiguo
spatio crea-
tus.

Iean. 8.

D D lo, quod in veritate non fuit, sed quod in veritate non stetit. In quadam enim veritate innocentia fuit factus, sed in illa veritate nō stetit, quia quasi statim factus ab illa veritate innocentia cecidit. Vnde ipse Lucifer, & ipse Diabolus dictus signaculum similitudinis propter suam excellentiam, iuxta illud Ezechi. 28. Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, perfectus decore in delicijs Peradisi fuisti. Diabolus ergo fuit in delicijs Peradisi, quia creatus fuit in quibusdam delicijs innocentia: vel secundum q̄i oldani in quibusdam delicijs gratia, non gratia consummata, idest gloriam, quia ab illa non potuerat cadere, sed graue initiatæ,

Ezech. 28.

initiatę, a qua per superbiam cecidit, & electus fuit de Paradiso, idest de celo Empyreo, in quo creatus fuerat. factus ergo tenebrae per peccatum diuisus fuit a luce, i. a bonis Angelis, quia illi conuersi ad Deum facti sunt lux, & remanserunt in celo Empyreo, vbi facti fuerunt. Diabolus autem cum omnibus sibi adherentibus de illo celo cecidit, vbi creatus fuit. Viso quod valde fuit modica motula inter creationem mundi, & factiōnem lucis, qđ patet per id, quod signabat illa lux facta diuisa a tenebris, quia signabat Angelos bonos diuisos a malis, quod fuit quasi statim post creationem mundi, & post creationem ipsorum volumus loqui de modis accipiendo diem, ut possumus soluere quæstionem propositam, quomodo possimus saluare mundum factum cum die, idest in die, & factum ante omnem diem.

Dies triplex.

Sciendum ergo, quod dies uno modo accipitur pro latione lucis super terram, vt illa lux, quæ facit diem, quando fertur super terram nostram habitabilem dicitur esse dies, & sic secundum communem opinionem Sanctorum mundus non fuit factus in die, nec cum die, quia non fuit factus cum illa luce, sed fuit factus ante diem communem, quia fuit factus ante lucem. alio modo accipitur dies pro una revolutione totius primi mobilis, vnde nos distinguimus inter diem artificialē, quæ est latio Solis super terram, & diem naturalem, quæ continet diem, & noctem, & continet unam completam revolutionem primi mobilis.

Possumus autem & tertio modo accipere diē, quamvis de hoc soli Astronomi distinguant: vt sit dies una completa revolutione primi mobilis, & tantum plus, quantum Sol iuit motu contrario in illa die. Verbi gratia, si tota reuelueretur ad unam partem, & formica super rotam iret ad aliam, motus rotæ de puncto ad punctum, & tantum plus quantum formica contraiuit per suum motum, computaretur pro una revolutione. Sic etiam in proposito primum mobile mouetur ab oriente in occidens. Sol e contrario ab occidente in orientes. vocatur ergo una dies revolutione primi mobilis de puncto ad punctum, & tantum plus, quantum contraiuit Sol: nec faciamus vim, quod diem declaramus per motū solis, ya lux illa, quæ fecit primos tres dies, cum Sol factus fuerit secundū Sāt̄os 4. dic, fungebatur vice solis, vnde pro eodem accipimus diem factum motu illius lucis, vel motu solis, immo communiter creditur, qđ de illa luce fuit factus Sol.

Dies tres aī solis creationē quo intelligantur.

Dies primi quatuor creationis modo Altono mico decla rantur.

His itaque prælibatis, dicamus, quod omnis alia dies a prima die habuit unam revolutionem completam primi mobilis, & aliquid amplius. Nam secunda die fuit factum firmamentū, idest celum sidereum secundum communem modū exponendi, quod statim factum incēpit moueri motu contrario a primo mobili. Fuit ergo illa secunda dies revolutione primi mobilis de puncto ad punctum, & tantum plus, quantum illa lux mota fuerat in contrarium motui firmamenti. Tertia dies fuit tanta sicut secunda fuit; sed quart-

A ta dies sequendo communem opinionem Sanctorum fuit maior, quam secunda, & tertia, quia illa die fuit factus Sol, & alij Planete, & etiā alia sidera. ex hoc etiam fuerunt facti deferens Sol, & alij deferentes aliorum planetarū, & illa quarta dies creata fuit per motum Solis, & fuit illa dies 4. revolutione primi mobilis de puncto ad pū &cū, & tantum plus, quantum motu firmamenti contra motus est Sol, & in hoc coequalē est illa dies diei secundæ, & tertiae. sed adhuc illa dies quarta fuit major quam secunda, & tertia, quod non solum fuit tantum plus, quantum motu firmamenti contraiuit Sol, sed etiam quantum motu sui deferentis contraiuit. Reuertamur ergo ad propositum, quia non intendimus, cum ista sint Astronomica, in his multū immortari, sed ex his verbis habere volumus: quod omnis alia dies a prima die fuit una completa revolutione primi mobilis, & aliquid amplius.

Quod ergo prima dies fuerit exclusa ab oībus alijs diebus, & nihil habuerit amplius nisi unam completam revolutionem primi mobilis, non videtur conueniens. ergo possumus ei dare aliqd aliud amplius, sicut damus omnibus alijs diebus, vt sicut habet idem nomen cum alijs diebus, quia vocata est prima dies, sicut, & alijs dies, ita habeat aliiquid aliud amplius, quam unā revolutionem, sicut habuerunt omnes alijs sequentes dies. quod non discordabit a ratione. In prima enim die non erat factum firmamentum, vt dicebamus, illam dieni esse unam completam revolutionem primi mobilis, & tantam plus: sicut lux illa contraiuerat motui firmamenti. Si ergo

C volumus primæ diei dare aliiquid plus, quam unā completam revolutionem primi mobilis, non poterimus ei dare aliud nisi illam modicam morulam, quæ fuit inter creationem mundi, & casum Diaboli; vel quæ fuit inter creationem mundi, & conuersionem bonorum angelorum, quæ signata est nomine lucis spiritualis, & quæ facta fuit tunc, quando facta fuit lux corporalis. Secundū hoc ergo prima dies fuit una completa revolutione primi mobilis, & tantum plus, quantum contrariat illud primum mobile usque ad factiōnē lucis, secundum quem modum accipiendo diem incēpit cum tempore. Nam cum primum mobile statim factum incēpit moueri, & ex hoc statim incēpit esse tempus, & factus est mundus cum tempore, & in tempore, eo modo, quo locuti sumus, sic etiam secundum hunc modum accipiendo diem statim incēpit esse dies, & fuit factus mundus cum die, & in die, sicut fuit factus cum tempore, & in tempore.

D Cum ergo queritur: Vtrum cum die vel ante diem fuerit factus mundus; Dicemus, quod si accipiatur dies, quod incipiat a factiōne lucis usque ad redditum eiusdem lucis ad eundem punctū secundum modū: & non continet nisi unam completam revolutionem primi mobilis; Mundus non fuit factus nec in die, nec cum die, sed ante omnem diem. Sed si volumus illi diei primæ dare aliiquid plus, quam unā completam reuo-

Modus quo in die, & an diem factus.

resolutionem primi mobilis sicut damus omnibus alijs diebus; & pro illo plus volumus sibi dare illam modicam morulam, per quam factio mundi præcessit factio lucis, secundum quem modum accipiendi diem, dies incepit simul cum tempore: sicut locuti sumus de factio-ne mundi, cum tempore: & in tempore; ita loqui possumus de huiusmodi factione cum die, & in die, ut est per habita declaratum.

Argumenta autem procedebant suis vijs. Nam probantia mundum esse factum ante omnem diem, patet quomodo sunt intelligenda. Probantia vero mundum esse factum in die, aliquam difficultatem habent: sed illa difficultas pertinet ad sequentes distinctiones, vbi agetur de distinctione dierum. Nam cum dicamus mundum esse distinctum, & ornatum in sex diebus Gene. 1, per replicationem, loquendo de creatione celi, & terræ, quod dicitur factum ante omnem diem: & productione virgulti, quod dicitur esse factum tertia die: & Scriptura illa dicat hoc totum esse factum in illa die: & tamen per sex dies dicatur mundus distinctus, & ornatius, q[uo]d in Ecclesiastico videtur haberi, q[uo]d omnia fuerunt simul facta: dicamus, quod omnia ista in sequentibus plenius clara fient.

Q V Æ S T I O III. De Materia informi.



ENDE quartis de materia illa informi, quæ fuit concreata illis rebus informibus. Circa quam queruntur quatuor. Primo enim queritur de ipsa materia, ut comparatur ad actum: Vtrum de se importet aliquem actum. Secundo queritur de materia p[er] comparationem ad suam potentiam: Vtrum sit idem, quod sua potentia. Tertio de materia p[er] comparationem ad corpora super celestia: Vtrum materia in eis sit pura potentia. Quarto queretur de materia p[er] comparationem ad suam unitatem: Vtrum sit una materia omnium habetum eam.

A R T I C. I.
An materia prima ex se dicat aliquid actu.
Conclusio est negativa.

Aegid. Quol. 2. q. 12. & 13. D. Tho. 1. p. q. 66. attic. 1. & 2. D. Bonau. dist. 12. artic. 1. q. 2. & 2. Henr. quol. 1. q. 10. Biel d. 12. q. 1. Bacch. dist. 12. q. 1. Tho. Arg. d. 12. q. 1. art. 1.

D primum sic procedetur: videatur, quod materia de se dicat aliquem actum. Nam nihil potest collocari sub ente, & nihil potest dici ens, nisi sit aliquid in actu: sed materia de se est ens, quia de se est substantia, cum substantia dicatur

A tripliciter: Materia, Forma, & Compositum, cum igitur substantia dicatur ens potissimum, quia omnia alia sunt entia per substantiam, materia quæ de se est substantia, de se erit ens, & de se erit quid in actu.

Præterea materia dicitur fundamentum naturæ, ut patet in Metaphysic, sed fundamentum videtur aliquid dicere in actu, ergo &c.

Præterea inter esse, & non esse non est mediū, quia tunc esset medium inter affirmationem, & negationem. Nam contradictoria sunt illa opposita, secundum quæ non est medium, materia ergo, vel reponetur sub esse, quæ est una pars contradictionis, & tunc erit aliquid in actu: vel reponetur sub non esse, & tunc erit nihil.

I N C O N T R A R I V M est Commentator in de substantia orbis, volens, quod essentiale sit materia esse quid in potentia: ergo essentiale erit ei non esse aliquid in actu.

Præterea actus est, qui distinguit. vbi ergo nulla erit distinctio ibi nullus erit actus: sed in fundamento naturæ, id est in materia, nihil est distinctum, ut dicitur in Meta. ergo nihil erit ibi in actu.

Præterea si materia de se esset aliqd in actu, de se haberet aliquid esse. sed cum esse sit a forma, ut vult Boetius in lib. de Trinit. si materia haberet de se aliquid esse, materia haberet de se aliquam formam, vel esset aliqua forma, quod omnes negant.

R E S O L V T I O.

CMateria est formarum receptaculum, & ad eas in potentia esse dicitur. Ex se enim aliquam actualitatem non dicit, sed omnis actus priuationem.

R E S P O N D E O dicendum, quod oportet nos dicere materiam esse de se, quoddam receptaculum formarum, & esse in potentia ad recipiendum formas sensibiles. Vnde Commentator super 3. de anima, comparat intellectum nostrum respectu formarum intelligibilium ad materiam: respectu formarum sensibilibus, ad formam, & quia omne recipiens oportet esse denudatum a natura recepti, oportet intellectum nostrum esse denudatum ab omnibus formis intelligibilibus, propter quod in sui primordio intellectus noster est sicut tabula rasa in qua nihil est pictum. & sicut intellectus noster est denudatus ab omnibus formis intelligibilibus, ut possit omnes huiusmodi formas recipere, sic materia de se est nudata ab oībus formis sensibilibus, ut possit oēs tales formas recipere, sicut & pupilla de se est abs coloris, & est de se denudata ab omnibus spe ciebus colorum, ut possit omnes illas species recipere.

Ex his ergo forte moti quidam moderni temporis dixerunt in scriptis suis materiam, ut recipit

lib. 1. Meta.
Tex. 2. 17 &
7 Met. c. 3.

De hoc at.
sequenti.

Metaph. 7.
Tex. 49.

Materia de
se quid.

2. de anima,
cō. 67. & 2.
lib. com. 4.

3. de anima 14.

2. de anima 71

Metaph. 1.
Tex. co. 27.
7. Metaph.
Tex. c. 8.

pit formas, de se dicere aliquid in actu. Verum A est secundum ipsos, quod oportet recipi ens esse denudatum a natura recepti, & ex hoc materia nihil est in actu, loquendo de actu rerum, quas recepit. Et ideo Philosophus in Metaphysic. vult, quod in fundamento naturæ non est aliquid distinctum, & quod materia existimat non habere quantitatē, nec qualitatem, nec omnino aliquid: verū est, dicunt isti de his, quæ generantur in ipsa. Vnde aiunt, quod Philosophus non negat illud principium, idest materiam carere actualitate, nisi loquendo de actualitate rerum, quæ recipiuntur in ipsa. Addunt etiam, quod Avicenna hoc idem sentit, quia in 2. suo Metaph. dicit, quod si forma esset per se causa materiae, destrueretur materia ad destructionem illius. Et addit, quod propter formam succendentem, haberet esse alia materia. ex quibus verbis habere volunt, quod esse materia nō sit ex sola forma, quo posito, videtur, quod de se materia habeat aliquid esse, & de se sit aliquid in actu. Si ergo negatur ab ea omnis actus: hoc est respectu actualitatis rerum, quas recipit, non respectu actualitatis simpliciter.

Ad roborandum autē hanc opinionē, valent exempla posita de pupilla, & intellectu. Nam pupilla aliquam actualitatem habet, sed non habet actualitatem alicuius coloris, cum recipiat omnes colores. sic & intellectus noster aliquam actualitatem habet, cum sit quædam perfectio animæ, sed non habet actualitatem alicuius speciei intelligibilis, cum sit aptus natus oēs tales species recipere. Sic forte videretur alicui de materia, quod de se actualitatem aliquam habeat: sed illa actualitas est alia ab actualitate cuiuscunque formæ sensibilis, cum materia de se sit apta nata omnes tales formas recipere. Sed ista opinio tendit in errorem primorum Philosophantium, ponentium materiam de se esse aliquid in actu. Nam si materia de se esset aliquid in actu, cum materia sit quædam substantia, tunc esset quædam substantia in actu, & per consequens esset corpus. quia omnis substantia in actu, loquendo de substantijs naturalibus, vel est corpus, vel forma aliqua corporalis. materia autem de se non est forma corporalis, vel sensibilis, cum omnes tales formas de se recipiat, & ab omnibus talibus formis substantiam ipsam esse oporteat denudatam. quare si ipsa esset de substantia aliqua in actu, de se esset aliquid corpus, & iste fuit error priorum Philosophantium ponentium materiam esse aliquid elementorum, ut esse aereum, vel aquam, vel aliud elementum, vel esse aliquid corpus medium inter elementa. Omnes enim primi Philosophantes non valentes intelligere materiam esse puram potentiam, & ex hoc ponentes eam esse aliquid in actu, cogebantur dicere materiam esse aliquid corpus, ex quo corpore fiebat alia. Quam opinionē reprobans Philosophus in Metaphysica sua ait, quod fuit modus ero-

B ris eorum, idest primorum Philosophantium, qui posuerunt materiam elementum corporum, idest de numero corporum, non corporum, idest non posuerunt materiam elementum non corporum, idest de numero non corporum, & posuerunt eam esse corpus, & posuerunt eam de numero corporum, idest non posuerunt eam non corpus. Melius enim dixissent dicendo eam non corpus, quām corpus, quod totum contingit ex ratione actualitatis, quia corpus de se dicit actualitatem aliquam, materia vero nullam. vnde Commenta, dicit eam mediam inter ens, & nihil. Nam cum sit pura potentia, differt a nihilo, & differt ab ente, quia non est aliquid in actu, materia enim non est ens, quia ens dicit aliquid in actu, non ergo materia debet dici ens, nisi cum additione, vt dicatur ens in potentia. vnde August. 11. Confes. ait, quod hec, idest materia non est animus, non non corpus, non species animi, non species corporis. Vult ergo quod materia non sit aliquid, sed sit vnde facta sunt aliqua, & idem in eodem dicit, quod materia non est color, non figura: non species, non corpus, non substantia: tamen, vt ait, non est omnino nihil, sed est quædam informitas, sine nulla specie, & sine nullo actu. Nam secundum Philosophum in secundo de anima species, forma actus, & enelechia idem dicunt, quod est sine omni specie, & sine omni actu.

C Exemplum vero, quod posuimus de intellectu, si bei e videamus mentem Commentatoris, arguit nostrum propositum, non oppositum: Vult enim, quod intellectus se habet respectu formarum intelligibilium, sicut materia respectu formarum sensibilium, cum ergo intellectus noster hat quid in actu in genere intelligibilium per species intelligibiles, & materia hat quid in actu in genere entium per species sensibiles, concludetur, quod intellectus noster sit potentia pura in genere intelligibilium: & materia sit in potentia in entium, sed esse potentiam puram in genere intelligibilium, non est esse potentiam puram simpliciter, quia potest quid esse actu ens, & non esse actu aliquid intelligibile. sic & pupilla est potentia pura in genere colorum, sed non est pura potentia simpliciter. Est enim de se aliquid in actu, sed non est de se aliquid actu quod sit de genere colorum. Sed materia de se est potentia pura in genere entium, quod enim de se est tale est potentia pura simpliciter, quia quod est pura potentia in genere entium non habebit aliquid actum, qui sit de genere entium. si ergo ponatur habere aliquem actum, ille actus non erit de genere entium, erit ergo de genere nihilotum.

D His itaque prælibatis, volumus aliqua dicere de materia, vt magis possimus cognoscere natum & conditionem ipsius. dicuntur in Scriptura sacra quinque, quæ secundum August. 12. confess, omnia possint adaptari ad ipsam materiam in.

Materia pri
ma est me-
diū iter ens
in actu, &
nihil simili-
citer ex A.
uer. i. Physi.
com. 70.

Tex. c. 24.

Materiæ na-
tura per nos-
mina Sacra
scripta.

Ainformem sic enim dicitur in Gen. q; in principio creauit Deus celum, & terram. terra autem erat inanis, & vacua, vel quod habet alia littera erat inuisibilis, & incomposita, & tenebre erant super faciem abyssi. Omnis ergo celo Empyreo, de quo loquitur Scriptura cum dicit: In principio creauit Deus celum, & terram; quia per illud celum non proprius potest significari materia prima, quia illud celum est oino supremum: materia oino infinita. Secundo quia illud celum non potest sufficienter investigari per rationes humanas, ut patuit circa principium huius Secundi. Tertio quia illud celum non mouetur motu ad formam, quia nec alii celi sunt sic mobiles. Quarto quia illud celum non mouetur motu ad ubi. si ergo per infirmitatem investigamus naturam materie, si per rationes humanas aliquas coniecturas accipimus de conditionibus materie: si per transmutationem ad formam cognoscitur natura materie; iuxta illud Commentaria, in pluribus locis, transmutatio fecit sci-re materiam, actio formam: & si per motum ad ubi arguimus esse materiam, iuxta illud 2. Meta. oportet imaginari materiam in te mota, id est in re, quae mouetur; celum Empyreum habet materiam partem sui, sicut & alia corpora, tamen quae conditiones eius sunt multum semotae a conditionibus materie, ut est per habitum manifestum, non est aptum natum, ut per ipsum cognoscatur, vel quod nomine ipsius detur intelligi materia, sed omnia alia quinque, quae nominamus, dant intelligere materiam, & informitatem eius. Vnde Augustinus hoc exponens 12. Confess. ait: Terra autem inuisibilis erat & incomposita, & tenebre erant super faciem abyssi. Quibus verbis, ut subdit, insinuat informitas, ut gradatim excipiatur, qui omnimodam speciei privationem, nec tamen ad nihil peruenientem cogitare non possunt. Sic ergo debemus secundum Augustinum, per terram inuisibilem, incompositam, tenebrosum, & abyssum, cogitare materiam infra omnem actum, & supra nihil, ut gradatim per totum informatum nomina excipientur, id est excludantur ex nostris rationibus, & efficaciter item reprobentur illi, qui cogitare non possunt materiam cum omnimoda priuatione speciei, absque eo, quod perueniatur ad nihil. Est ergo diligenter notandum, q; intelligendo materiam, debemus cogitare omnimodam speciei, id est formam, actus priuationem; tamen non debemus ire ad nihil peruenientem. Concordat ergo Commentator cum Augustino, quando dicit materiam esse medium inter ens, & nihil, cum & praefata verba August. hoc idem sonante videantur. Omnia ergo illa quinque verba Scripturæ sacrae secundum Augustinum, videlicet quod terra erat inuisibilis, & incomposita, & tenebre erant super abyssum referenda sunt ad materiam, & ad informitatem eius. materia ergo secundum se, & secundum suam informitatem. Primo est terra. Secunda est inuisibilis. Tertio est incomposita. Quarto

**Soprad. 2. q.
2. 2. 2.**

**Meta. 3. 12.
4. Physic. 39.**

Tercia 32.

**Yomo 1.
Cap. 12.**

**In uno exti-
piatur, id est
ad materie
intelligebit
paullatim de-
ducantur.**

**Cōm. cum
Aug. eōcor-
dat.**

Materia ter-

Best tenebrosa. Quinto est abyssus, & quas quinq; cōditiones sic adaptabimus: quia quod sit terra, id est quod sit quid infimum, competit materie secundum se. Aliæ autem quatuor cōditiones competit materie, ut comparatur ad formam. Et ideo primo diximus, quod materia prima est terra, postea alia quatuor cōditiones. quia prius est illud, quod competit alicui, secundum se, quād sint ea, quae competit ei: ut comparatur ad aliud. Quālibet enim res sive sit potentia, sive actus, sive sit potentia pura, sive actus purus: sive sit potentia mixta sive actus mixtus; primo considerari debet per ea, quae competit ei secundum se: & postea per ea, quae competit ei, ut comparatur ad alia. Et ideo materia informis primo dicta est terra ratione infirmitatis, quia ipsa secundū se est infima omnibus alijs, iuxta illud Aug. 12. Confess. Tu enim fecisti celum, & terram: duo quādā: vnum prope te: alterū, prope nihil: vnu, quo superior tu es: alterum, quo nihil inferius es. Intendit ergo Aug. q; per celum intelligatur angelica natura, per terram materia omnino informis. Deus ergo faciendo celum, & terram, scilicet faciendo angelicam naturam, & materiam omnino informem, fecit duo quādā: vnu, quo nihil eset superior, nisi solus Deus: aliud, quo nihil eset inferius, & istud est materia omnino informis, ut solum nihil possit esse infra ipsam. Si ergo vis descendere infra materiam, oportet te ponere pedē in nihilo, si vis ascendere supra omnem angelicam naturam, oportet te extendere manum ad Deum, inter hæc ergo duo extrema: Deum, & nihil, facta sunt illa duo alia, quae dicata sunt.

Viso, quomodo primum de illis quinque omnibus, videlicet terra, quae post celum nomina ta est, competit materie secundum se, volumus ostendere, quomodo alia quatuor cōpetunt materie, ut comparatur ad formam, eo modo, & eo ordine, quo nominata sunt: & non eo modo, nec eo ordine, sed omnino contrario, quo nominata sunt. Sic enim illa quatuor sunt, vel dicuntur de materia. Primo, quod est inuisibilis. Secundo q; est incomposita. Tertio, q; est tenebrosa. Quarto q; est abyssus. Sciendum ergo, q; res habent duplices ordinem: vnum, ut comparantur ad nos: alium secundum se. Quem duplarem ordinem Philosophus vnum appellat ordinem doctrinæ, & alium ordinem rerum, ideo dicit in 1. Metaphys. quod oportet ordinem esse contrarium ei, qui est a principio questionum, & a principio doctrinæ: per effectus incipimus cognoscere causas. effectus ergo secundum nos, & secundum cognitionem nostram præcedunt suas causas: vnde Philosophi ex hoc admirati, ut quia videbant mirabiles effectus, inciperunt Philosophari, id est investigare causas. prius ergo sunt admirati cognoscendo effectus, & postea sunt effecti Philosophi cognoscendo causas, & licet iste ordo sit secundum nos, & sit a principio questionum, quando primo incipiimus

**Materia cur
primo dicatur
terra.**

**Ordo rerū
& doctrinæ.**

**Cap. 2. cir-
ca finem.
1. og anima
T. C. 2.**

**In eodem
loco citata**

Scriptura sa
tra cuius i
stata.

Forma diffi
cilitate a G. I.
beno est for
ma acciden
talis.

Tex: c. 50.

mus res, & dubitare de rebus; postea debet esse or
do contrarius isti ordini, qui est a principio qua
stionum. quia in principio per effectum cogn
oscimus causam, postea iam docti effecti debemus
per causas considerare effectus. Ostendo duplitem
esse ordinem; unum secundum nos, & alium se
cundum res. Dicemus quod illa quatuor nomi
na adaptata ad materiam omnino informem eo
ordine, quo ponit Scriptura, sunt secundum nos.
omnino vero ordine contrario sunt secundum
rem, & ideo diximus, quod illa quatuor eodem
modo, & eodem ordine competunt, quo nomi
nata sunt, & non eo modo, nec eo ordine, sed
omnino contrario copertunt, quo nominata sunt.
Nec materia comparata ad formam eo modo co
gnoscitur a nobis, sicut habet ordinem, secun
dum quem loquitur Scriptura sacra. Secundum
rem vero habet ordinem contrarium. Nam scri
ptura sacra ad hoc inspirata est sanctis homini
bus, ut nos tanquam parvuli ducamus per ip
sam, ideo eo modo loquitur, qui magis congruit
nobis, & per quem sumus magis apti nati doce
ri. Ex hoc ergo Scriptura sacra materiam, ut
comparatur ad formam, Primo dicit eam esse
inuisibilem: Secundo incompositam: Tertio
tenebrosum: Quarto abyssum. Ad cuius eu
identiam sciendum, quod materia est inuisibilis
per parentiam formae accidentalis: Est incōposita
per parentiam formae substancialis: Est tenebrosa per
privationem: Et denique est abyssus per ap
titudinem ad recipiendum omnem formam.
Materia ergo secundum se prius intelligitur aby
sus, idest intelligitur quedam res apta ad reci
piendum formas, sicut abyssus, & quae est apta
nata ad recipiendum imagines omnium forma
rum. Postea intelligitur tenebrosa, quia in
telligitur carere his formis, quas est apta nata
recipere. Tertio intelligitur incōposita, quia
intelligitur non unita formae substanciali. Non for
ma substancialis facit primam compositionem
cum materia, forma enim substancialis intelligi
tur primo advenire rei simplici, idest materiae.
Sed forma accidentalis intelligitur advenire rei
iam compositae. Et ideo in principio sex princi
piorum Auctor ille volens diffinire formam ac
cidentalem, dicit: Forma est compositioni contin
gens. forma enim accidentalis est contingens,
idest adueniens rei iam compositae ex materia, &
ex forma substanciali, iuxta illud 1. Physicorum:
Materia subiecta cum forma, est causa omnium
accidentium, quae sunt in ea.

Iste ergo erit ordo, si consideremus ipsam rem, i.e.
ipsam materiam, put realiter comparatur ad formam,
quia prius debet intelligi, quod sit abyssus, & ha
beat aptitudinem ad recipiendas formas.

Secundo, quod sit tenebrosa, i.e. quod de se careat om
ni forma, cum aptitudo ponatur in diffinitione pri
uationis, rationabiliter praecedit ipsam.

Tertio, quod sit incomposita, i.e. quod sit non coniuncta
forma substanciali

Tex: c. 51.

A Quarto quod sit inuisibilis, i.e. quod sit non co*ndic*ta for
ma accidentalis, quia materia efficitur visibilis, &
sensibilis, non per formam substantialem, quae so
lo intellectu capit: sed per formas accidenta
les, quibus visui, & alijs sensibus substernitur. pre
libatus ergo ordo est, considerando rem, quae est
materia, ut ordine reali comparatur ad formam.
Sed secundum nos primo percipimus acciden
tia, postea percipimus formam substantialem, iux
ta illud 1. de anima: Accidēta conferunt magnā
partem ad cognoscendum, quod quid est. Cogni
ta autem primò forma accidentalis, & secundò
substantialis, postea cognoscimus ipsam mate
riam, de qua primò cognoscimus, quod de se non
est forma, sed caret forma, & ex hoc de se est
tenebra. Et postquam cognoscimus, quod de se
est tenebra, & caret forma; possumus cognosce
re, quod licet de se sit caret forma, & sit tenebra,
est tamen apta nata ad recipiendas formas: &
est abyssus. Hoc ergo ordine per comparatio
nem ad nos, illis quatuor vocabulis Scriptura sa
cra nominat materiam, ut nobis se coaptando
possimus doceri per ipsam: sed per comparatio
nem ad rem est econuerso. Claro ergo clarius pa
tet veritas questionis, quod materia de se nul
lum actum importat, immo est secundum so
pra priuatione, & parentia omnis actus.

B R E S P. A D A R G. Ad primum dicen
dum, quod materia est substantia, quia substanc
tia dicitur tripliciter secundum Boetium super
prædicamenta: videlicet materia, forma, & com
positum, & atque ibidem, quod relatis extremis, aga
mus de medio. Substantia ergo, quae est genus, &
quae est prædicamentum, quantuni ad illas res

C materiales non dicit materiam tantum, nec for
mam tantum, sed dicit rem compositam ex ma
teria & forma sub ratione universalis, & genera
li. Cum ergo dicitur, quod materia est substanc
tia; ergo est ens in actu; dici debet, quod si mate
ria esset substantia composita ex actu, & poten
tia, vel esset ipse actus, qui est forma, de se diceret
ens in actu. sed esset substantia, quae de se est poten
tia tantum.

Ad formam autem arguendi, quod omnia alia
sunt entia per substantiam; dici debet verum ei
se per substantiam compositam, quia materia su
biecta cum forma, idest ipsum, compositum est
causa omnium accidentium, & omnium aliorum
quaes sunt in ea.

Materiam quo
dicitur fun
damentum
naturae.

D Ad secundum dicendum, quod materia dicitur fun
damentum, quia est fundatum naturae, idest
actionis naturalis. Nam actio artificialis non in
ducit nisi formas accidentales. Omnes enim for
mas artificiales, ut vult Comenius in lib. 12, sunt ac
cidentia, sed natura, vel actio naturalis inducit
etiam ipsam formam substantialem, cui imme
diata subiectur ipsa materia, quae secundum se
est pura potentia, iuxta illud Philosophi de gene
ratione: Est autem hyle maxime subiectum proprium
generationis, & corruptionis: Fundamentum er
go

Comen.
12. Met.

lib. 1. t. 14
2. Phys. t. 6
13. 2. de act.
Tex: c.